31601/A
perſonarum - - .169.

Væ Soli, quia cu
ceciderit, non h
bet ſublevantem
ſe.

Eccles. 4. v. 10.

10/56
120

Indiculus Quæstionum etc.

De impotentia dæmonum — — — — 1.
De potestate magorum per dæmones — — 5.
De scientia dæmonum — — — — 7.
De magia — — — — — — — 13.
De incantatione — — — — — — 20.
De fascinatione — — — — — 23.
De sortilegio — — — — — — 25.
De maleficio — — — — — — 28.
De modis maleficandi — — — — — 37.
De magicis affectionibus — — — — 50.
De curatione maleficiorum — — — 55.
De magicorum morborum etc. essentia — — 60.
differentiis — — 70.
Causis — — — 72.
De maleficiis — — — — — 77.
De dispositis ad recipienda maleficia — 88.
De signis magicorum morborum — — — 93.
maleficiatorum — — — 94.
dæmoniacorum — — — 97.
recuperatæ salutis — — — 100.
De magicarum affectionum præsagio — — 101.

De curatione magicorum morborum — 105.
De Superstitione — — — — — — 105.
De idololatria — — — — — — 108.
De divinatione — — — — — — 110.
De Astrologia — — — — — — 114.
De augurio seu aruspicio — — — 117.
De Physiognomia — — — — — 119.
De divinatione per somnia — — — 125.
De vana observantia — — — — 130.
De remediis superstitiosis — — — 132.
licitis — — — — 135.
De solutione maleficij — — — — 137.
De naturalibus remediis — — — 140.
De artibus & deceptibus dæmonis — — 141.
Indiculum supplementi reperies in calce libelli.

Hisce triginta sex quæstionibus per plures quam ducentas viginti septem Responsiones satisfit.

Ad hoc apparuit Filius DEI, ut dissolvat opera diaboli. 1. Joh. 3. v. 8

62647

SCIENTIA MAGICA

PER

TRIGINTA SEX QUÆSTIONES

DEDUCTA

Pro utilitate Confeſſariorum, & Animarum Curatorum conſcripta,

Atque

Per diverſa quæſita pro notitia, & fraude dæmonis cognoſcenda explanata,

Cum

Supplemento Benedictionum, & Exorciſmorum, tum maleficiatorum, tum dæmoniacorum, tum etiam obſeſſorum,

à Fr. P. PLACIDO KRISTELI,
S. Ord. Minimorum S. Franciſci de Paula SS. Theologiæ Lectore actuali.

CUM PERMISSU SUPERIORUM.

VIENNÆ,
Apud Joannem Joſephum Pentz, Bibliopolam.
M. DCC. XLV.

WELLCOME
HISTORICAL
MEDICAL
LIBRARY

APPROBATIO INCLYTÆ FACULTATIS THEOLOGICÆ VIENNENSIS.

Libellum hunc, cui Titulus: *Scientia Magica*, per triginta ſex quæſtiones deducta; ab Admodùm Reverendo, Religioſo, ac Doctiſſimo Patre Placido Kriſteli, Ordinis FF. Minimorum S. Franciſci de Paula, in Conventu Viennenſi ad Sanctos Angelos Cuſtodes SS. Theologiæ Lectore laboriosè congeſtum, cum Fidei Orthodoxæ, ac Morum probitati non contradicat, typis dignum cenſeo, ſi ita videbitur Perilluſtri, ac Magnifico Domino Univerſitatis RECTORI. Actum Viennæ ad Sanctos Sebaſtianum & Rochum in Via Regia die 2. Decembris 1744.

Mag. Fr. SALVIANUS MOLITOR,
Ord. Eremit. S. P. Auguſtini, SS. Theol. Doctor, Ejusdemque Facultatis Sacræ p. t. Decanus.

Imprimatur.

JOANNES JOSEPHUS FRAISL,
p. t. Rector Univerſitatis.

FACULTAS

Admodum Reverendi & Eximii

PATRIS PROVINCIALIS.

FRater Joannes Nepomucenus Gilgi, Sacri Ordinis Minimorum Sancti Franciſci de Paula Theologus, Concionator Jubilatus, per Germaniam, Bohemiam, atque Hungariam Corrector Provincialis, Authoritate officii noſtri, & præſentium tenore facultatem impertimur Reverendo Patri Placido Kriſteli Ordinis noſtri Sacerdoti Sacro-Sanctæ Theologiæ Lectori actuali in Conventu Viennenſi SS. Angelorum Cuſtodum, ut libellum, cui titulus eſt, *Scientia Magica*, per triginta ſex quæſtiones deducta, ſtudio & labore conquiſitum & collectum, à duobus à nobis deputatis Theologis lectum & approbatum, typis mandare poſſit. In cujus rei fidem has litteras manu propria ſubſcriptas, & officii ſigillo munitas dedimus in Conventu noſtro Wranovienſi B. V. Mariæ. Die 28. Octobris Anno 1744.

Fr. JOANNES NEP. GILGI,
Provincialis Minimus.

CENSURA
ORDINIS THEOLOGIÆ LECTORIS JUBILATI.

EX gratioſa ordinatione Admodùm Reverendi, Eximii, ac Venerabilis Patris Joannis Nepomuceni Gilgi, Ordinis Sancti Franciſci de Paula Theologi, Concionatoris Jubilati, nec non Provinciæ Germanicæ ſecundò Provincialis meritiſſimi. Libellum hunc perutilem, cui titulus: *Scientia Magica*: à Reverendo Patre Placido Kriſteli, Ordinis Fr. Fr. Minimorum in Conventu Viennenſi Sanctorum Angelorum Cuſtodum SS. Theologiæ Lectore actuali ſedulò compoſitum, conſiderate perlegi, eumque Orthodoxæ fidei ac moribus conformem inveni; proindè illum typo dignum cenſeo. Datum Wranovii in Conventu B. V. Mariæ die 10. Novembris Anno 1744.

Fr. AUGUSTINUS KHINL,
Minimus SS. Theologiæ Lector Jubilatus & actualis, nec non Collega Provincialis.

PRÆFATIO
AD
BENEVOLUM LECTOREM.

MIraberis fortaſſis, benevole Le ctor ! quod præſumpſerim hunc libellum de ſcientia ma gica conſcribere, & dices : oportui ſet te potius illa facere, ad quæ Superiore majore benevolè deſtinatu fuiſti. Aſt non mireris ! noſti enim peroptimè, quod ubi tempus vacat etiam alia legere oporteat, & in his pr ficere, ut ita poſſit non tantum DE Religioni Sacræ, ſed & proximo ſe vire : Contingit enim ſæpe ſæpius quod varii caſus obveniant, ita qu dem, ut prima fronte nec Medicus nec Chyrurgus, nec Confeſſarius im mediatè cognoſcat, an morbus ſ

natu

naturalis, an præternaturalis, & hæc eſt ratio, quod hoc opuſculum conſcripſerim, tum pro eruditione mea, tum tua, lege hoc diligenter, & invenies talia, quæ nunquam inveniſſes, etiamſi multos libros pervolviſſes. Lege, inquam, illud, ut poſſis prius conſulere tibi, & tandem proximo, quod quamvis non ſit floſculus ex horto meo, ſed hortis alienis, apiculam enim hac ex parte imitatus ſum, ex variis floribus mel exſugens, ac in alveare unum congerens, favum mellis dulciſſimum hoc in opuſculo tibi offero, guſtare, imo non guſtare, ſed comedere, ſi vis, potes, & videbis non tibi mortem adferre, ſed vitam tum tuam, tum proximi, quam tibi, mihi, & omnibus precor.

Vale!

QUÆSTIO I.
DE DÆMONIBUS.

Quæres an dentur Dæmones?

℟. Affirmativè, & patet, tum ex ſacra ſcriptura, tum ex ſanctis Patribus, tum ab experientia. Hinc omiſſa quæſtione andentur, indagabimus quidnam demones per ſe, vel per alios poſſint, vel non poſſint? pro quo ſtatuitur

QUÆSTIO II.

De Impotentia Dæmonum, tum per ſe, tum per Magos.

Quæres. Quænam Dæmones nec per ſe, nec per Magos poſſint præſtare?

℟. Primò. Non poſſunt deſtruere, vel ſubvertere univerſum: Ratio eſt, quia cum ſint ejus partes, non habent vim in totum, cujus ſunt partes. II. Non poſſunt mutare curſum ſolis, vel aliquod elementum evertere, vel

 facere

facere, ut detur vacuum. Ratio eſt: quia alias perturbarent totum ordinem univerſi, quod divinæ providentiæ, & gubernationi opponitur. III. Nec poſſunt movere quodlibet corpus, quantalibet velocitate, & minus in inſtanti. Ratio eſt: quia habent vim motivam definitam: Nec facere, ut duo corpora ſint ſimul in eodem loco, vel unum corpus in duobus locis ſimul, vel quod unum penetret dimenſiones alterius, nec corpus longè à ſe diſtans movere ſecundum locum, alioquin poſſent movere per vacuum, nec transferre corpus ab extremo ad extremum, & non per medium. IV. Non poſſunt producere corpus aliquod ex nihilo, cum talis productio ſoli Deo competat ex S. Thoma 1. p. q. 45. a. 5. V. Circa actiones Dæmonum mediatas per applicationem non poſſunt immediatè introducere ullam formam ſubſtantialem, vel accidentalem. Ratio eſt: quia cum ſint ſpirituales, non poſſunt alterare materiam corpoream, ex qua formæ naturales educuntur. VI. Nec poſſunt ex quolibet facere quodlibet, nec per quamlibet cauſam, vel inſtrumentum quemlibet effectum producere, cum nec medicus, per quæ vult, ſanet. Quare nec poſſunt cœco nato viſum reſtituere, minus tollere ſenectutem. Ratio eſt: quia quidquid poſſunt, poſſunt per applicationem virtutum naturalium; hæ autem non poſſunt

curare

curare morbos prædictos, & ſimiles, qui ſunt ſimpliciter creatæ naturæ incurabiles. Perer. lib. 8. in Gen. diſp. 3. c. 5. VII. Neque poſſunt adempta membra homini reſtituere, & ſi hoc faciunt, faciunt per præſtigia. Senertus Tom. 3.lib.6.p. 9. c. 5. conc.5.unde ſi Dæmones læſerint majorem partem pulmonis, vel alterius membri principalis, illa læſio eſt incurabilis. VIII. Neque poſſunt producere formas ſubſtantiales non præmiſſis alterationibus, & diſpoſitionibus, nec eas in inſtanti, vel quantumlibet parvo tempore producere, nec quamlibet rem naturalem immediatè in aliam etiam cum cauſis naturalibus transmutare. IX. Neque in aſſumpto corpore, & ex alio homine deſumpto ſemine animalia perfecta vere gignere poſſunt. Ratio eſt: tum quia extra vas manens vis illa genitalis evaneſcit; tum quia nulla eſt experientia in contrarium, cui non poſſit reſponderi: vel enim poteſt vere Magus à Dæmone translatus, & præſtigioſe transformatus muliere abuti; vel in partu ſubſtitui aliunde puer, vel ipſe Dæmon ùt maritum egit, ita & prolis poteſt vicem gerere. Ulricus c. 10. illa autem muraculoſa efformatio cujusdam pueri Belgæ orti exfœmore viri, cujus meminit Loth tract. 15. a. 1. ſi eſt vera, refundenda eſt in Deum. X. Nec eſt neceſſe productiones monſtrorum attribui Dæmonibus. Ratio eſt:

quia poſſunt hujusmodi monſtra ex nefario
hominum, & ferarum coitu gigni: ſic pepe-
rit bello Marſico Aloippe Elephantem teſte
Alexandro ab Alex. l. 2. ſic Annô 1288. apud
Helvetios alia pepetit leonem, ut ait Stum-
phus in chroni. ſic 1471. quædam Papiæ cat-
tam, Brixiæ alia canem, ſic alia duos ſimios;
ut narrat Cattaneda in animalibus Luſitaniæ
&c. de quibus bene tractat Licetus. XI. Nec
eſt in Angelorum poteſtate animalia perfecta
ſecundum ipſorum virtutem, & magnitudi-
nem illico generandi, nec operandi ea, ac
quævis agentium naturalium nullo modo ſe
extendit. XII. Nec valent ſexum fæmineum
mutare verè, & realiter in virilem, ſed ſecun-
dum apparentiam tantum, quia nempe à parte
te rei erat vir, ſed latebat virilia, quæ erum-
pente natura poſtea apparent. XIII. Néque
poſſunt impedire, ne agens naturale habens
omnia requiſita ad agendum opereur. XIV.
Nec immutare ordinem, qui eſt inter for-
mas ac diſpoſitiones rerum naturalium.
Hinc fit, ut nequeant mortuos ad vitam re-
vocare, nam ex inferno nulla anima egredi
poteſt citra miraculum: & ſupra animas bo-
norum, qui ſunt in purgatorio, Dæmones
nullam habent poteſtatem, ac proinde quan-
do videtur aparere anima alicujus damna-
ti, multoties eſt ipſe Dæmon, ut viventes
ducat in errorem. Quod autem legitur in

Reg.

Reg. 28. intelligitur, quod non Samuelis anima, ſed Phantaſma apparuerit per incantationem Pythoniſſæ, ut contendit noſter Meſſennus in c. 1. v. 1. Gen. c. 25. Etiamſi quoque dici poſſet, verè Samuelem apparuiſſe Sauli, non incantatione, ſed ſolius Dei juſſu. XV. Nec poſſunt ſuis incantationibus impedire juſtitiam humanam ut eripere captivos magosè manibus judicum. Ratio eſt: quia vis naturalis Dæmonum non eſt ſupra poteſtatem divinam humano judici collatam. Exod. 22. Non patieris te vincere maleficos. Non moleſtare poſſunt juſtos judices, nec publicos juſtitiæ miniſtros, nec exorciſtas, nec eos, qui muniunt ſe aqua, ſale, cereis, palmis benedictis &c. nec eos, qui ſpeciali SS. Angelorum beneficio vallantur. XVI. Nec Dæmonibus eſt concedendum datam fuiſſe poteſtatem a Deo, quâ Divinitus Sacramenta confecerint, quodſi hoc aliquando præſtiterunt, dicendum eſt, ex ſua malitia Sacramenti miniſtrum attentaſſe. Lugus l. 1. de Sac. c. 2. q. 1.

QUÆSTIO III.

De poteſtate Magorum per Dæmones.

Quæres. Quæ Magi per Dæmones efficere poſſint?

℟. Plura poſſunt Magi per Dæmones. I. Circa elementa, ad quod reducuntur tem-

peſtates, tonitrua, grandines, venti, inunda-
tiones aquarum, terræ motus, ruinæ ædifi-
ciorum, incendia, translationes ſegetum, ar-
borum, Ximenez to. 2. l. 20. exhor. 1. n. 3
§. 2. & 3. II. Circa corpora animalium
& hominum, ad quod pertinent I. motus lo-
cales, quibus lamiæ quandoque revera, &
non ſola imaginatione (licet id etiam ſæp
contingat) transferantur de uno loco ad ali-
um. de Ancre. tract. 1. II. Productione
animalium imperfectorum, v. g. ranarum
muſcarum &c. quæ brevi gigni poſſunt per ap-
plicationem naturalium activorum ad paſſiv.
III. Transformationes hominum in brut.
IV Effoſſiones theſauri. V. Locutiones,
ambulationes ſtatuarum, brutorum more hu-
mano. VI. Remotiones ſive abſciſſiones ali-
quarum partium hominis absque dolore. VII
Apparitiones omnium ſignorum mortis
aliquo vivente mediis quibusdam narcotic
omnem ſenſum, & forte reſpirationem ſalte
quatuor horarum ſpatio impedientibus, quo
in virgine quadam Amaſia contigiſſe refe
noſter Merſennus in cap. 2. v. 21. Gen. c. 4
VIII. Impoſitiones pulverum juxta caput ho-
minis, quibus inducitur profundus ſomnu
IX. Nocumenta in bonis, & in fama, ſive o
loquendo in ipſam humana forma aſſumpt
ſive fingendo caſus, in quibus quis delinqu
re videatur. Sicut interdum Deus permiſit i

ver

veniri ſub lectulo cujusdam ſancti viri in forma procacis puellæ, ut in vita S. Hieronymi. X. Variæ apparitiones, de iſtis conſulendus eſt Eſtius in 2. ſent. diſt. 7. Olaus Magnus l. 2. pop. ſeptentr. c. 2. & lib. 3. c. 81. de Ancre tract. 7. XI. Aliquæ levitates, quas præſtant Dæmones, ut faciant ſe hominibus familiares, quos decipere conantur. XII. Morbi. XIII. Eorundem curationes, vel per applicationem medicamentorum utilium, vel per purgationem aëris, vel per reductionem humorum infectorum ad iſtam temperiem.

Tertiô circa animas, ad quod ſpectant illæ omnes operationes, affectionesque animæ, quæ pendent ex organo, & diſpoſitione corporis: ut ſunt illuſiones potentiarum animæ ſenſitivæ, & inverſiones actionum nedum locomotivarum, ſed cognoſcitivarum externarum, & internarum, ſimulque & apetitivarum, ut oſtendunt Torre Blanca. l. 2. de Magia c. 14. & 15. l. 3. de jure ſpirituali c. 5. & 6. Caſpar Bravo p. 6. conſult. 17. §. 16. 7.

QUÆSTIO IV.

De ſcientia Dæmonum.

Quæres. I. quotuplici ſcientia vigeant Dæmones?

℟. Triplici: ſubtilitate naturæ, experientia temporum, & revelatione ſupernorum

ſpirituum. Quantum ad ſubtilitatem naturæ, & ſi per malitiam ſint indurati, ſcientia tamen naturali non ſunt privati. Unde perſpicaciſſime cælorum motus, ſtellarum ſyderumque influentias, planetarum conjunctiones, elementorum miſtiones, & temperamenta, hærbarum vires, animalium proprietates, lapidum virtutes, metallorum operationes, ac omnium mixtorum qualitates cognoſcunt, nec eſt quippiam rerum naturalium, quod eorum cognitionem effugiat, exceptis occultis cordium noſtrorum cogitationibus, quæ ſolum Deo cognitæ ſunt. Quantum ad experientiam temporum tradit S. Auguſtinus l. 2. de Geneſi ad litteram c. 17. eos calidiores fieri propter tam magnam longitudinem vitæ. Advertendum tamen eſt ex S. Thoma 1. p. q. 64. a. 1. ad 5. quod cognoſcunt per experientiam longi temporis, non quaſi à ſenſu accipientes, ſed dum in rebus ſingularibus completur ſimilitudo ejus ſpeciei intelligibilis, quam ſibi naturaliter habent inditam, aliqua cognoſcunt præſentia, quæ non cognoverunt futura. Poſtremo quantum ad revelationem ſupernorum ſpirituum, ſive revelatione bonorum Angelorum, cum quibus non conveniunt quidem per conformitatem voluntatis, ſed per ſimilitudinem intellectualis naturæ: aliqua addiſcunt Dæmones, quæ boni ſpiritus ab omnipotenti

Deo

Deo acceperunt, ad cujus imperium & beneplacitum Dæmonibus revelant. Juxta hæc dicta oritur dubium, an Dæmones præſcientiam habeant futurorum, & ſecretorum, ita ut ex eorum revelatione poſſit præcognoſcere, & oculta cognoſcere; pro quo

Quæres. II. An futura in ſe ipſis conſiderata ab aliquo cognoſci poſſint?

℞. Futura ſi in ſe ipſis conſiderentur, à nullo, præterquam à ſolo DEO, cognoſci poſſunt, quod eſt de fide. Ratio præterea eſt: quia prædicere res futuras ſignum Divinitatis eſt, ut ex locis ſacræ Scripturæ probatur. Iſa. 41. *Annuntiate quæ ventura ſunt in futurum: & ſciemus: quia Dii eſtis vos.* Sap. 18. *Signa & monſtra ſcit, antequam fiant, & eventus temporum, & ſæculorum.*

Quæres III. An Dæmones futura in ſe ipſis cognoſcere poſſint.

℞. Dæmones nequaquam futura in ſe ipſis cognoſcere poſſunt, niſi ab Angelis bonis eis revelentur, ut dictum eſt. Ratio eſt: quia futura ſic prædicere ſpectat ad DEUM, ergo non competit Dæmonibus. Et ſic Dæmones quando prædicunt hujusmodi futura contingentia, fallunt, & mentiuntur. Aliquando etiam prædicunt Dæmones futura, quæ ipſi facturi ſunt. Aliquando intelligunt etiam ab aliis hominibus quæ facere intendunt, & ſuis magis, vel maleficis, qui nec rei cogni-

tionem habent, prædicunt. Sic cuidam Annæ ex S. Medardo ſub jurisdictione Monaſterii S. Mathiæ extra muros Trevirenſes, quæ mortis ſententiam & executionem recepit Anno 1590. 11. Auguſti, compræhenſionem ſuam, & incinerationem futuram prædixit proprius magiſterulus, cui mulier reſpondit: miſerabilis Dæmon, hujus rei tu cauſam dediſti, iterum Dæmon: Tibi facio ſicut tui ſimilibus.

Quæres. IV. An futura, quæ habent cauſam neceſſariò determinatam & infallibilem, Dæmones naturali cognitione cognoſcere poſſint?

℞. Affirmativè: conſtat enim ex *D. C. ſciendum*: & communi ſententia Doctorum: ratio præterea eſt: quia hujusmodi futura habent eſſe in ſuis cauſis neceſſariò determinatis, quod quidem eſſe cum ſit determinatum, infallibile, & neceſſarium certò poteſt cognoſci. Quia Philoſophiæ eſt prænunciatum: ſicut res ſe habet ad eſſe, ita ad cognoſci: Sic multo certius quocunque Aſtrologo eclipſes, & planetarum concluſiones prædicere Dæmones poſſunt, quia rectius cauſas talium effectuum cognoſcunt.

Quæres V. An futura, quæ habent cauſam ut plurimum determinatam, ſed fallibilem, cognoſcantur certa quadam cognitione à Dæmonibus?

℞. Affirmativè: ſed con cognitione infallibili,

libili, ſed tantum conjecturali. Ratio eſt: quia cum hæc futura ſolum habeant eſſe in ſua cauſa determinata non neceſſario & infallibiliter, ſed ut plurimum ſimili modo cognoſcuntur, juxta dictum pronuntiatum; ſic Dæmon poteſt prædicere Mago vel malefico anni fertilitatem, quando eſt bona cœli conſtitutio, aut aëris optima conſtitutio, non tamen infallibiliter, quia fructus multis modis poſſint impediri ex aliis cauſis.

Quæres VI. An futura mere indeterminata & contingentia Dæmones poſſint naturaliter cognoſcere?

℟. Negativè. Ratio eſt: quia hæc futura cum ſint ad utrumlibet, indeterminatam & fallibilem habent cauſam, atque ab hominis libero pendent arbitrio, quod in utramque partem poteſt flecti. Liberum enim arbitrium, quantum ad actus ſui determinationem, non cadit in cognitionem certam Dæmonis. Et confirmatur ratione: quia ſi poſſet cognoſcere, utique vellet ſcire, an vinceret hominem, vel eſſet vincendus ab homine, quem tentat: quia cum ſuperbus ſit, nunquam tentaret eum, à quo ſe vincendum præſciret. Ideoque ſemper tantum cum tentaret, quem ſe victurum præcognoſceret. Sed clarum eſt ex ſacris litteris, geſtis Sanctorum, & experientia, quod tentet etiam alios, à quibus vincitur, ut patet in Job, Salvatore noſtro,

San-

Sanɫto Antonio, Hilarione, & aliis, ergo non præcognoſcit futura ad utrumlibet.

Quæres VII. An Dæmones de actibus humanis vera poſſint prænuntiare?

℞. Affirmativè: Dæmones ſæpe conjecturaliter vera prænuntiare de actibus humanis. Ratio eſt: quia Dæmones paſſiones appetitûs ſenſitivi, ac inclinationes corporales cognoſcunt, & cum plures ſint, qui appetitum & carnalia deſideria ſequuntur, quam qui illis reſiſtunt, ſæpe de actibus humanis vera conjiciunt. Qualis enim quisque eſt, talem ſibi finem præſcribit. Ex externis etiam ſignis, & operibus, qualis interior homo ſit, non eſt difficile judicare, juxta illud Evangelii: *à fructibus eorum cognoſcetis eos.*

Quæres VIII. An cogitationes hominis pendentes à voluntatis noſtræ libertate, ſi ſolo intellectus & voluntatis termino contineantur Dæmones, cognoſcant?

℞. Negativè. Ratio eſt: quia hoc divinæ Majeſtatis proprium eſt, ut patet Jeremiæ 17. *Pravum eſt cor hominis, & inſcrutabile, quis cognoſcet illud! Ego Dominus ſcrutans cor, & probans renes.* & 1. Paralip. c. 28. *Omnia enim corda ſcrutatur Dominus, & univerſas mentium cogitationes intelligit.* Eandem veritatem docent SS. Patres Hieron. ſuper dicta verba Math. 9. Ambroſius ſuper c. 21. cor. S. Thomas 1. p. q. 27. a. 4. & alii alibi. Hinc deducitur, quod

quod nullus etiam Magus, aut Divinator poteſt noſcere ſecretas hominis cogitationes.

Quæres IX. An cogitationes hominis, & affectiones cordis indirectè, & conjecturali cognitione Dæmones quandoque poſſint cognoſcere?

℞. Affirmativè. Ratio eſt: quia homo ex effectibus exterioribus ſic interiores actus poteſt cognoſcere, juxta illud Eccles. 13. *Cor hominis immutat faciem ejus.* Ergo multo magis Dæmones, qui majori naturæ ſubtilitate ſunt præditi.

Quæres X. An Dæmones cognoſcant ſecreta, furta, deperdita, & theſauros, quæ hominum cogitationem fugiunt?

℞. Affirmativè. Ratio eſt: quia cum ſint incorporei, acrimonia ſenſûs, & celeritate motus vigent, nec impediuntur interpoſitione corporum, ſed omnia naturalia objecta perfecta habere poſſunt. Nullo tamen modo licet homini à Dæmonibus hujusmodi inquirere.

QUÆSTIO V.

De Magia.

Quæres I. Quid ſignificet hæc vox Magia?

℞. Magia vocabulum, ut Sophiſtarum quoque & Rhetorum, & Mathematicorum, Aſtrologorum, Tyrannorum, ac ſimilium, honori

norificum olim fuit, cum ſummam ſapientiæ humanæ perfectionem denotaret: poſtea verò improborum hominum cupiditatibus plane odioſum eſſe cœpit, qui non contenti abſtractarum intelligentiarum notitia, & nudo comercio, voluptatum inſuper ſuarum, miniſtras eſſe voluerint: hacque ratione pro bonis Angelis cacodæmones ductores ſortiri, relicto ſummi boni fonte Dæmonibus Sacra facere non erubuerunt.

Quæres II. Undenam hoc vocabulum Magia ſortiatur ſuam originem?

℞. Magiæ vocabulum perſicum eſt origine, aut chaldæum, ut teſtatur S. Hieron. in c. 2. Danielis, quamvis alii Græcam conentur facere etymologiam.

Quæres III. Quisnam olim propriè, & ſimpliciter dicebatur magus?

℞. Quod magus ſimpliciter dicebatur Philoſophus, ut vult ibi Hieronymus, vel denotabat eum, qui facultatem habebat, qua res inuſitatas & admirandas, ratione occulta quidem, ſed naturali producebat, applicando ſingulares virtutes, quas alii ignorabant: ſive ad id DEO quaſi Magiſtro, ſive bono Angelo, ſive propria ſolertia uteretur. Translata poſtmodum Magiæ ſignificatio ad illum, qui etiam ope Dæmonis inuſitata producit, quæ omnino illicita eſt, & ſuperſtitioſa.

Quæres IV. Quisnam fuerit inventor Magiæ?

℞. Su-

℟. Supra omnes homines Magiis dediti fuere Perſæ, à quibus id Marcion, & Manes mutuati, duos credidere Deos auctores rerum: alterum bonum, Oromazum, vel Oromagdam; alterum malum, Arimanem Suel, Plutonem. Plut. l. de Iſide, & Oſiride. Deinde ab his nominibus duplicem Magiam deduxerunt; unam, quæ ſuperſtitioſa tota cultum falſorum Deorum tradebat: alteram, quæ naturas intimas rerum callebat, quam Perſis Apulejus adſcribit Apolog. 1.

Quæres V. Utrum quis habuerit naturalem, legitimamque Magiam?

℟. Naturalem, & legitimam Magiam cum cæteris ſcientiis Adamo Deus largitus eſt, à quo poſteritas docta per manus & orbem eam propagavit. Docet etiam Abbas ſerenus apud Caſſianum Collat. 8. c. 21. Cham filium Noë ante diluvium Magiam vetitam didiciſſe, ac cæpiſſe demum cum Filii Dei conjuncti fuêre cum filiabus hominum. G. 6. Tunc enim Gigantibus illis ad ea diſciplina tradita eſt à Dæmone, quo magis homines ſuo ſubjiceret imperio. Plinius autem, Juſtinus, S. Auguſtinus, & paſſim alii tradunt inventorem Magiæ Zoroaſtrem, qui eodem, quo natus eſt die, riſit: vixitque tempore Nini & Abrahæ annis fere 600. ante Moyſen. Verum hunc Zoroaſtrem voluit eſſe Cham filium Noë.

Quæ-

Quæres VI. Qualia ſint magiæ, & magorum nomina & appellationes?

℞. Eſſe varias ſecundùm diverſas nationes, hinc prætermiſſis Hæbreis, & Græcis Magiæ & magorum nominibus & appellationibus:

Quæres VII. Quomodo apud Latinos ſumatur?

℞. Latinis alia eſt propria ſignificatio, alia per extenſionem accomodata. Magorum nomen eſt à Barbaris ad Græcos, Latinosque traductum initio Perſis, & Chaldæis in honore fuit, ut proprium ſacrorum Antiſtitibus, Regum moderatoribus Philoſophis, atque Theologis, in infamiam cœpit vergere, & cunctis malis artibus attribui.

Quæres VIII. Quomodo Magia definiatur?

℞. In communi Magia definiri poteſt ars, ſeu facultas, vî creata, & non ſupernaturali, quædam mira & inſolita efficiens, quorum ratio ſenſum & communem hominum captum excedit. Ita Del-Rio Diſquiſ. Magic. l. 1. c. 2.

Quæres IX. Quotuplex ſit Magia?

℞. Magia in ſua generalitate dividitur in licitam, & vetitam. Certum enim eſt dari Magiam licitam, quæ ad Medicinam, Mathematicam, vel Mechanicam pertineat, quam exercuere tres illi primi Chriſti Adoratores Matth. c. 2. & Galenus teſtatur ſe habitum fuiſſe Magum ob medicæ artis peritiam.

Quæres X. Quotuplex ſit Magia licita?

℞. Du

℞. Duplex. Naturalis, & artificialis. Artificialis eſt, quæ humana induſtria acquiritur, adduntque tertium membrum, ſcilicet illam, quæ à DEO, vel Angelis doceretur, vel etiam à Dæmone ex efficacia cauſarum naturalium, ſed ea illicita cenſenda eſt. Naturalis eſt, quæ ex nuturæ ſecretis miranda, & operatur, & prædicit, quorum cauſæ vulgo ſunt incognitæ. Sumitur autem ex Phyſiologia, ex Medicina, ex Aſtronomia, & Aſtrologia. Sæpius etiam maligni ſpiritus harum ſcientiarum velamento ſuam tegunt impuritatem.

Quæres. XI. Utrum magia naturalis ſit peccatum lethale, ſive mortale.

℞. Magia naturalis non eſt peccatum lethale, ſeu mortale. Ratio eſt: quia effectus illius proveniunt ex cauſa licita, & per ſe non mala.

Quæres. XII. Utrum Magia ſuperſtitioſa ſit peccatum mortale?

℞. Magia ſuperſtitioſa ex genere ſuo eſt peccatum mortale. Ratio eſt: quia ſemper importat tacitam, vel expreſſam invocationem Dæmonis.

Quæres. XIII. Utrum Magia ex ignorantia facta ſit peccatum mortale?

℞. Magia ex ignorantia præcisè poteſt eſſe veniale. Ratio eſt: quia non advertit ſe male operari contra conſcientiam; ideo ſic operans non ligatur culpa gravi. Tum quia ſi non advertit ad tacitam invocationem Dæmonis,

non reputatur ei talis actio ad malûm, cum non cognita fuerit ut mala.

Quæres XIV. Quot modis magia cognoſc possit?

℞. Tribus. Primò: ex conditione cauſæ; ſecundò: ex conditione effectus; tertiò: ex conditione operationis.

Quæres XV. Quomodo cognoſcatur ex conditione cauſæ?

℞. Ex conditione cauſæ cognoſcitur, quando cauſa, quæ ponitur, nullam habet concordantiam cum effectu, qui expectatur, & est abſolutè talis actio, aliena ab Eccleſia DE I, v. g. dum adhibentur characteres ad theſauros inveniendos, ſpecula ad videndam ſuam amaſiam in illis, vel per pocula ad amorem contrahendum, vel verba, ſigilla, ſacræ res ad alios effectus producendos.

Quæres XVI. Quomodo Magia cognoſcatur ex effectu?

℞. Cognoſcitur tunc, dum videmus multa mala à Magis cauſari, ut tempeſtates, tonitrua, fulgura, eradicationes arborum, diſſipationes ſegetum, infirmitates, & incantationes in hominibus, & jumentis &c.

Quæres XVII. Quomodo cognoſcatur Magia ex conditione operationis?

℞. Quando Magi aliquas infirmitates derepente ſanant, ut equos, homines ſine ullo miraculo adhibendo ſuas ſuperſtitiones, & artes

Quæ

Quæres XVIII. Quinam vocantur venefici?

℞. Venefici dicebantur ante Soli, qui malis pharmacis lædebant, & venenarii vocantur: poſtea de incantatoribus hoc nomen uſurpatum, & cunctis Theſſalis accomodatum.

Quæres XIX. Quænam dicantur lamiæ?

℞. Lamiæ dictæ quod pueris necem adferant, deſumpto nomine, vel à famoſa illa, & crudeli regina Lamia, de qua Anton, Liberalis, Diodorus & alii, vel à ſuccubis Dæmonibus, de quibus Philoſtratus, vel à feris libycis, de quibus Dion Sophiſta.

Quæres XX. Quænam vocantur ſtryges?

℞. Stryges dicuntur, ab infauſta & nocturna ave, quæ creditur exitium infantulis adferre. Veteribus etiam Romanis dictæ hæ mulieres ſunt veratrices, quod divinandi ſcientiam profiteantur, ut ſolent illæ feces, quæ ſe jactant Ægyptias, colluvies omnium populorum, ac nationum Longobardi ſuis legibus Maſcas nominant, eo forte quod in conventiculis ſuis larvis ſe tegant, vel quod deformi ſpecie oris, ut ſunt pleræque larvis ſeu maſcaris quam fæminis ſimiliores.

Quæres XXI. Quotuplex ſit finis Magiæ?

℞. Duplex. Primò: ſolum in oſtentationem, ſeu commodum proprium, ſeu aliorum, ſic nuncupatur Magia. Secundò: ad noxam alteri inferendam ex pacto tacito, vel expreſ-

ſo & cooperatione Dæmonis, & ſic dicitu
maleficium.

QUÆSTIO VI.

De Incantatione.

Quæres I. Quid ſit Incantatio?

℞. Incantatio eſt id, quando ſolis verb aliquid fit per magiam, quod ſupra natura videtur. Dixi, quod ſupra naturam videtu quia effectus magiæ licet homini ſupra natu ram videantur, tamen abſolutè non exc dunt vires naturæ, cum nec etiam Dæmc miracula facere valeat, ſed ſolùm mira, qu rudibus, qui naturalium rerum cognitione non habent, ordinem naturæ excedere v dentur. Solus enim DEUS vera miracula f cit: & Sancti quando patrant, divina virt te præſtant, cui inſtrumentaliter ancillantu

Quæres II. Utrum incantatio etiam fiat p verba ſacra?

℞. Affirmativè, ſi verbis ſacris admiſcea tur quædam ſuperſtitioſa, ut v. g. benedicti nibus ſuper informos, ſanos, vel ſuper arm & tela.

Quæres III. Utrum incantatio etiam poſ fieri per verba, vel carmina?

℞. Affirmativè, ſi verba, vel carmina ſi profana, quæ expreſſum, vel tacitum pactu Dæmonis involvunt.

Qu

Quæres IV. Utrum quædam ex his verbis
dicantur ab incantatoribus bona vel mala?

℟. Affirmativè & quidem dicuntur bona,
quæ ad inffirmitates ſanandas adhibentur,
mala verò quæ nocere jumentis, vel homini-
bus ſolent.

Quæres V. Utrum ſacris verbis uti liceat in
colligendis herbis medicinalibus?

℟. Affirmativè, dummodo in DEO, & non
in nudis verbis, ſeu vocibus ſpes collocetur.
ecùs illicitum eſt.

Quæres VI. Utrum ſit aliquod diſcrimen in-
ter incantatores?

℟. Affirmativè alii enim ſunt Arioli, alii
Aruſpices, alii Augures, alii Pythoniſſæ, alii
Geneſiani, alii Salitores.

Quæres VII. Quid ſint Arioli?

℟. Arioli dicuntur, qui circa Idolorum ne-
farias preces remittunt, & funeſta Sacrificia
ad aras offerunt.

Quæres VIII. Quid ſint Aruſpices?

℟. Aruſpices dicuntur, & horarum Inſpe-
ctores, qui dies, & horas in agendis nego-
tiis & operibus cuſtodiunt; & quid per ſingu-
la tempora obſervare debeat homo, inten-
dunt, hi etiam antra pecudum inſpiciunt, &
ex eis futura prædicunt.

Quæres IX. Quid ſint Augures?

℟. Augures ſunt, qui volatus avium, &

voces attendunt, dicitur autem augurium quaſi avigerium, quod aves gerunt.

Quæres X. Quid ſint Pythoniſſæ?

℞. Pythoniſſæ à Pythonio, id eſt Apolli dictæ: quæ dicunt ſe habere ſpiritum, p quem poſſunt futura prædicere.

Quæres XI. Quid ſint Geneſiani?

℞. Quæ Geneſes, id eſt nativitates hom num per duodecim ſigna Cœli deſcribun ac per hoc mortes, actus, & eventus præ cere conantur.

Quæres XII. Quid ſint Salitores?

℞. Qui dum eis membrorum partes qu cunque ſalierint, aliquid exinde proſper ſibi, ſive triſte ſignificari præſumunt.

Quæres XIII. Quid ſentiat S. Auguſti de univerſo incantatorum genere?

℞. Illum affirmare, & dicere ſuperſtit ſum eſſe. Quidquid ab hominibus inſti tum eſt, ad indola colenda, & facienda p tinens, vel ad colendam, ſicut Deum crea ram, partémve ullam creaturæ, vel ad c ſultationes, & pacta quædam ſignification cum Dæmonibus placita, atque fœdera qualia ſunt volumina magicarum artium, q quidem commemorare potius, quam doc ſolent Poëtæ, ex quo genere ſunt (ſed q licentiori vanitate) aruſpicum, & augur libri. Ad hoc etiam genus pertinent om ligaturæ, atque remedia, quæ Medico

qu

quoque diſciplina condemnat, ſive in præcantationibus, ſive in quibusdam notis, quas Characteres vocant, ſive in quibuscunque rebus ſuſpendendis, atque ligandis, vel etiam ſaltandis quodam modo, non ad temperationem corporum, ſed ad quasdam ſignificationes, aut occultas, aut manifeſtas, quæ eminentiori nomine Phyſicam vocant, ut quaſi non ſuperſtitionem implicare, ſed naturæ prodeſſe videantur, ſicut ſunt inaures, in ſummo ſingularum aurium, aut ſtruthionum oſſibus anſulæ in digitis, aut cum dicitur tibi ſingultienti, ut dextra manu pollicem ſiniſtrum teneas. Omnes igitur artes hujusmodi vel nugatoriæ, vel noxiæ ſuperſtitionis ex quadam peſtifera ſocietate hominum & Dæmonum quaſi pacta infidelis, & doloſæ amicitiæ conſtituta, penitus ſunt repudiandæ & fugendæ Chriſtiano. S. Aug. l. 1. de doctrin. chriſtiana, & habetur 20. q. 2. illud.

QUÆSTIO VII.

De faſcinatione.

Quæres I. Undenam faſcinationis nomen derivetur?

℞. Faſcinatoris nomen late patet, ut omnem gravem deceptionem complectatur. Unde ſapiens: *Faſcinatio nugacitatis obſcurat bona.*

c. 4. ſapient. formatur à verbo invidere; definiunt autem faſcinum pernitioſam qualitatem Dæmonis arte allatam, cum expreſſo aut tacito inferentis pacto, quam Dæmon per aërem diffundit, eumque inficit: ſic ut homo eam attrahendo, tabem conciliet. Ita Varius & alii. Communis ſive ſententia eſt, faſcinationem conſiſtere in ſolo invido aſpectu, aut malitioſa laude, quæ enim adhibent faſcinatores, iis graviter læduntur pueri præſertim & pecora.

Quæres II. Quotuplex ſit faſcinatio?

℞. Cum Senerto Fra. 3. l. 6. p. 9. c. 1. eſſe triplicem: prima eſt poëtica, ſeu vulgaris, ſecunda eſt philoſophica; tertia magica.

Quæres III. Quid ſit faſcinatio poëtica ſeu vulgaris?

℞. Faſcinatio poëtica eſt, qua faſcinari dicuntur infantes, & res aliæ ſolo activæ faſcinationis aſpectu, ut cum quis alium laudat; vel aſpicit malitiosè, à quo averſo eſt animo; ſed nulla hujus eſt vis, nec enim ex oculis quidquam emittitur, quod ſævi hujus damni vehiculum eſſe poſſit, cum viſio non per extramiſſionem, ſed per intro ſuſceptionem compleatur.

Quæres IV. Quid ſit faſcinatio philoſophica?

℞. Hanc etiam huic inſtituto non competere, quia propriè loquendo faſcinatio non eſt, ſed infectio ſeu contagio. Nam ex ſen-

tentia

tentia Avicennæ & Algaſelis ab ipſa viſione, qua viſio eſt, nulla fit alteratio in alio, ſed fit per venenatam aliquam qualitatem in putridis humoribus reſidentem, aut in partium diſeraſia ipſius intuentis, hæc maligna qualitas vicinum aërem ſuo viru inficit, & ab aëris una parte alia inficitur; & ſic ad partem aëris proximam pervenitur inficiendi oculi, ſicut mulier menſtruata aërem vicinum inficit, & aër maculas in ſpeculo producit.

Quæres V. Quid ſit faſcinatio magica?

℞. Eſt actio, qua ab homine pacto cum Dæmone inito, aliqua noxa fit pueris, vel agris, eo quod ipſemet Dæmon inficit aërem proximum, donec perveniat ad terminatum ſpatium.

QUÆSTIO VIII.

De ſortilegio.

Quæres I. Unde dicatur ſortilegium?

℞. A legendo ſortes dum, ſive ſors, eſt, dum à homine aliquid fit, ut ejus eventu conſiderato innoteſcat aliquid occultum.

Quæres II. Quinam dicantur ſortilegi?

℞. Sortilegos veteres nominabant, qui quarumlibet ſortium ſuperſtitioſo jactu aliquid divinare nitebantur, ſed Theologi, & Juriſperiti poſteriores cum nefando ſtrygum

crimine confuderunt. Sortiarios eosdem, & ſortiarias vocatos comperio jam inde ab Hiromari Athenenſis Archi-Epiſcopi ævo. Hi Venefici ſimul, & Dæmonis Vaſalli Ligii ſunt, quare poſſunt etiam dici ſatanici Venerarii.

Quæres III. Quotuplex ſit ſors?

℞. Triplex: diviſoria, conſultoria, & divinatoria.

Quæres IV. Quid ſit ſors diviſoria?

℞. Qua per ſortem quæritur, quid cuique de bonis, honore, præmio, & pœna tribuendum ſit.

Quæres V. Quid ſit ſors conſultoria?

℞. Qua inquiritur, quid agere oporteat.

Quæres VI. Quid ſit ſors divinatoria?

℞. Qua quæritur, quid ſit furatum, quæ implicitè, vel explicitè innititur ſocietati Dæmonum.

Quæres VII. Utrum liceat uti ſorte diviſoria, vel conſultatoria?

℞. Affirmativè, quando eventus expectatur à DEO, juxta illud proverb. 16. ſortes mittuntur in ſinum, ſed à Domino temperantur. Secundum ſe non eſt malum.

Quæres VIII. Utrum ſic ſortiando poſſit aliquis peccare, & quotupliciter?

℞. Affirmativè & quidem quadrupliciter, ut explicat S. Thomas. Primò: ſi abſque ulla neceſſitate ad ſortes recurratur, hoc enim videtur

detur pertinere ad tentationem DEI. Secundò: ſi quis etiam in neceſſitate ſortibus utatur absque reverentia DEI. Unde ſuper actus Apoſtolorum Beda dicit, ſed: ſi qui neceſſitate compulſi, Deum putent ſortibus exemplo Apoſtolorum eſſe conſulendum, videant, hoc ipſos Apoſtolos non niſi collecto Fratrum cætu, & precibus ad Deum fuſis egiſſe. Tertiò: ſi divina oracula ad terrena negotia convertantur. Quartò: ſi in electionibus eccleſiaſticis, quæ ex Spiritus ſancti inſpiratione fieri debent, aliqui ſortibus utantur. Secus eſt in temporalibus dignitatibus, in quibus ſortes non prohibentur, ut ſi plures æquè idonei ſint competentes, non tamen licet, ſi inter eos ſit aliquis indignus, ne bonum commune periclitetur.

Quæres IX. Quid faciendum in neceſſitate, licetne mittere ſortes?

℞. Cum S. Thoma licitum eſſe cum debita reverentia divinum judicium implorare. Unde S. Auguſtinus dicit: Si inter Dei Miniſtros ſit diſceptatio, qui eorum perſecutionis tempore maneant, ne fuga fiat ovium, & qui eorum fugiant, nè morte omnium deſeratur Eccleſia, ſi hæc diſceptatio aliter non potuerit terminari, qui maneant, & qui fugiant, ſorte legendi ſunt. Idem ſubdit de re judicanda uni ex duobus altercantibus, ſi dari non poſſit utrique. Eadem ratione ſæpe dividuntur

por-

portiones hæreditariæ, terminantur controverſiæ, & lites judiciales.

QUÆSTIO IX.

De Maleficio.

Quæres I. Quid ſit maleficium?

℟. I. Maleficium communiter ſummitur, ut ſit idem quod malefactum, injuria, jactura, ſive ut dicit Budæus, quidquid improbè admiſſum eſt, ſic & Ulpian l. 1. ff. ſi fam. furt. fec. unde & pro ſcellere accipitur apud Ciceron. pro Roſcio, adeoque omne peccatum maleficium appellatur.

℟. *II.* Strictius tamen, & prout hic accipimus, uſurpatur hoc nomen pro ſigno, & effectu magico, ac ſuperſtitioſo, à quo maleficos dicimus incantatores, veneficos, ſagas, & ſimiles.

Quæres II. Quomodo definiatur?

℟. Maleficium definitur eſſe ſpecies Magiæ, qua quis ope Dæmonis alteri damnum parat, niſi enim pactum cum Dæmone interveniat, non erit maleficium præſentis loci.

Quæres III. Quotuplex ſit maleficium in genere?

℟. Duplex: amatorium, ſeu philtrum, & veneficum philtrum ad libidinem vel odium homi-

hominum animos allicit, Dæmone objectivè tantùm eorum voluntatem movente.

Quæres IV. Quot modis hoc fiat?

℟. I. Commovendo phantaſmata, & imaginationem, reducendo nempe ad memoriam, quæ poſſunt allicere concupiſcentiam, vel concitare irraſcibilem. II. Faciendo objectum amandum apparere amabilius. III. Incitando carnem ad inordinatum amorem applicando aromata, vel pharmaca. IV. Agitando, & accendendo humores, qui ſunt harum rerum materia, videlicet ſanguinem, ſive atram, ſive flavam bilem. V. Immutando, & ſeducendo ſenſus externos, extrinſecus objiciendo ſenſibus varia ſenſibilia non vera, ſed ſolùm eorum imagines, & ſimulacra, ſicut S. Antonio oſtendit diſcum argenteum, & petentibus ad tripudia ſagarum demonſtrat viros nudos, & mulieres. Vel etiam quædam vera, ſicut procurare poteſt, ut Eccleſiam adeunti obviam veniat objectum amatum, ſive aſpiciat, ſive audiat, aliquid laſcivum, vel turpe. VI. Exterius ſuadendo, ſicut tentator in deſerto Chriſto apparuit in forma ſerpentis, & aliquibus Sanctis in formis juvencularum. Licet autem Dæmon poſſit vi ſuæ naturæ, niſi frænetur, & impediatur à DEO, ita perturbare imaginationem, & ſenſus internos, ut penitus impediat uſum rationis, & libertatis, & ex neceſſitate inducat aliquem

actum, qui de ſuo genere ſit peccatum, ut plerumque contingit in arreptitiis, non ideo tamen poteſt inducere neceſſitatem peccandi, cum talis actus tunc ſolum materialiter ſit peccatum non autem formaliter, neque poſſit imputari ad culpam niſi ſit perfecte voluntarius, & liber. Caſpar Brav. p. 6. Conſult. 17. §. 7. 8.

Quæres IV. Utrum hæc philtra ſoleant nocere?

℟. Affirmativè non tantum animo, ſed & corpori; ratio eſt: quia eorum ingredientia ſunt valde periculoſa.

Quæres V. Quid ſit maleficium veneficum?

℟. Quod infert noxam, vel perſonis, vel ipſarum bonis.

Quæres VI. Quid ſit ſcopeliſmus?

℟. Qui fit quibusdam lapidibus incantatis, qui ponuntur in agri inimici ingreſſum, & futuri ſunt indicio, malo Letho periturum inſidiis illorum, qui lapides poſuiſſent, qui agrum illum deinde colleret. Pineda c. 4. v. 23. in Job.

Quæres VII. In quot modos dividatur maleficium?

℟. Primò dividitur in maleficium morbiferum: II. In maleficium inſuflatorium. III. In odoriferum. IV. In ſomniferum. V. In maleficium imaginum. VI. In maleficium hoſtile.

Quæ-

Quæres VIII. Quid ſit maleficium morbiferum?

℞. Eſt id quod varios morbos ope Dæmonis in animalibus cauſat, quibus malefici nocere intendunt.

Quæres IX. Quomodo dividatur maleficium morbiferum?

℞. Dividitur juxta ſententiam Caſparis Bravi p. 6. Conſult. 17. in Metaphiſicos & Phiſicos.

Quæres X. Quinam dicantur morbi metaphiſici?

℞. Qui à ſola poteſtate Dæmonum immediatè proveniunt, ratio eſt: quia Dæmones ſubtiles exiſtentes per ſe ipſos, facile corporis partes univerſas pervadunt, easque conſtringunt, divellunt, aut aliter excruciant, viſcerum etiam operationes ad vitam ſuſtendandam neceſſarias inhibent.

Quæres XI. Quinam dicantur morbi phiſici?

℞. Qui ab ipſis Dæmonibus per cauſas naturales hominibus inducuntur. Nam Dæmon ex Senerto To. 2. l. 6. p. 9. c. 5. probe callet omnes ſimpathiæ vires, & quid hominis cujusque valetudini noxium, quid commodum, & utile ſit.

Quæres XII. Quomodo, & qua ratione hi effectus infliguntur?

℞. Si ab hominibus morbi pendeant, Dæmon faſcinatoris juſſu, internas cauſas commovet,

movet, præſertim melancholiam, & ſic melancholicos morbos accerſit, hinc epilepticorum diſpoſitione gaudet, & illis non raro ſe inſinuat, eorum corpora ſive poſſideat, ſive obſideat. Nam imprimis totam bilem atram inhærentem corpori congerit, deinde commovet, & ejus fuligines, ſi acres ſint, ut ſæpe contingit in internorum ſenſuum cellulas propellit, & epilepticam creat.

Quæres XIII. Utrum Dæmon poſſit eſſe cauſa paralyſis?

℞. Affirmativè, ſi craſſam lentamque materiam in intimam nervorum ſubſtantiam congat. Cæcitatem, & ſurditatem inducit noxia excrementa ad auris, & oculi organum coacervando, ſæpe ad odium, & amorem, & alia mentis pathemata inducenda movet imagines. Ut autem velociter ſua nocumenta perficiat ſpirituoſam ex ipſo ſanguine ſubſtantiam deligit, eamque à craſſitate materiæ ſeparat, & expurgat. Alias ex rebus veneniſſimis, velut quintam eſſentiam educit, ut ex auro chimici, & ex ea ſpiritus vitales inficit, adeoque potenter, & efficaciter operatur, ut omnem naturalem medelam præveniat, & certiſſimum Lethum inducat. Poteſt etiam tetro halitu, prædictaque quinta eſſentia omnes partes corporis inficere, unde Phtiſis, Subverſio ventriculi, vomitus, ſingultus impedimentum coccionis, membrorum debilitatio

tatio, nervorum attractio, rigor, & inflexibilitas, corporis tenatus, ſenſus ſtrangulationis, anhelitus, palpitatio cordis, ſyncopes, & convulſivi motus, concitatio hiſtericæ ſuffocationis, retentio menſium, vel eorundem profluvium, abortus, deſicatio lactis, pariendi difficultas, ſterilitas, & ad tempus, & perpetua, impedimentum circa matrimonii copulam, & alii morbi præter naturalem modum exoriuntur, ſed corporis tamen corruptionem inferre nequit, niſi mediantibus, vel natura, vel maleficis.

Quæres XIV. Utrùm tale impedimentum circa matrimonii copulam etiam ſe teneat ex parte viri?

℟. Affirmativè, & fieri ſolet arte Dæmonis, vocaturque maleficium, ſeu ligatura, & dupliciter fieri ſolet. Primò: quatenus Dæmon per ſuas artes ita deſtruit virtutem generativam, ut maleficatus nullam aliquo tempore etiam extraneam cognoſcere poſſit. Secundò: quatenus ſolùm aliquam determinatam perſonam eſt impotens cognoſcere, ad alias verò cognoſcendas eſt aptus.

Quæres XV. An tale maleficium reſpectivum dirimat matrimonium?

℟. Maleficium reſpectivum dirimit perpetuum matrimonium: dixi perpetuum, hoc eſt tale maleficium, quod naturaliter tolli nequit, licet divinitus curari poſſit, ita conſtat

ex cap. final. de frigidis, & maleficiatis. Ra-
tio etiam convincit, quia impedimentum per-
petuum reſpectivum cognationis, affinitatis
dirimit matrimonium, ergo etiam maleficium
perpetuum reſpectivum. ita D. Thomas a. 2
in corpore citatus à Patre Zennaro l. 12. c. 8

Quæres XVI. Quantum tempus requiratur:
ut maleficium dicatur perpetuum reſpectu
ſuæ uxoris?

℞. Si perduret tribus annis à lege præſcri-
ptis, & adhibitis omnibus remediis tam ſpi-
ritualibus, quam temporalibus tale malefici-
um ſolvi adhuc non poſſit, tunc cognito ab
Eccleſia hujusmodi impedimento diſolvitur
tale matrimonium, & datur facultas ambo-
bus, ut tranſire poſſint ad aliud matrimoni-
um, quo conſumato non eſt redeundum ad
priorem conjugem, reſpectu cujus fuit impe-
dimentum dirimens, nam per conſumationem
ſequentium nuptiarum non probatur poten-
tia reſpectu prioris conjugis. ita S. Thomas
in 4. diſt. 36. q. 1. a. 3.

Quæres XVII. Qualia nam ſint ſigna male-
ficii intra matrimonium?

℞. Signa maleficii ſunt, quando vir con-
greſſum appetit cum erectione virgæ, aſt dum
vas fæmineum penetrare tentat, virga deci-
dit, nec conſummare poteſt copulam, vel ſi
unus conjugum avidus ſit copulæ, & dum
complexatur cum conjuge ſive in viro, ſive in
fæmi-

æmina inſurgit aliquis horror, vel nauſea, t accedere nequeat, tunc eſt ſignum maeficii.

Quæres XVIII. Quid faciendum in dubio, n aliquod maleficium ſit perpetuum, vel emporale?

℞. Si exorciſmis, vel aliis medicinis natualiter tolli non poſſit intra ſpatium triennii, uibus aſſignatum eſt tempus pro copula tennda, & perfici non poſſit, cenſetur eſſe peretuum. eſt S. Thomæ.

Quæres XIX. Quid ſit maleficium inſufflaorium?

℞. Maleficium inſufflatorium eſt, quod oteſt fieri naturaliter, vel ex aliquo vene. o ore retento, vigoroſis antidotis prius reervato agente, vel ex aliqua virulentia ex umorum depravatione ejaculata, ut pluriùm tamen eſt cum pacto per Dæmonem flante malefico in faciem maleficiandi. De oc narrat Sprengerus Mallei p. 1. q. 1. c. 11. Iulierem quandam inter Breiſacum, & Friurgum, cum vicina litigaſſe; mox cum noctu nte oſtium domus aliquid ageret, ventum uemdam calidum è domo fæminæ alterius x oppoſito habitantis, in faciem ei inflâſſe, nde & ſubito lepram contraxerit; item in iæceſi eadem, & teritorio Nigræ Silvæ, maeficam, dum à lictore ſtrui lignorum præpaatæ imponeretur ei dixiſſe, en tibi à me mer-

cedem, ſimul in vultum ejus inflâſſe. Et ecce miſer operitur totus horrenda lepra, qu paucorum dierum ſpatio cum pluribus a junxit.

Quæres XX. Quid ſit maleficium odoriff rum?

℞. Quod ex venefici odoris applicatio morbos, vel mortem infert: ſic de medio ſu lata fuit Regina Navarræ à quodam qui illl ſus ipſe (antidotis forte repertis à Dæmon Chirothecis, globulis, vel pulveribus ſua fragrantibus, aut per flores, per litteras iis i ſperſas veneni vi mactare alios gloriabatu Raro tamen contingere vi naturali legit apud Delrium l. 3. pag. 31.

Quæres XXI. Quid ſit maleficium ſom ferum?

℞. Quando aliquem potione, malo carm ne, & cæteris ritibus ſoporant, ut interea venenum infundant, vel infantulos rapia aut occidant, aut furto quid ſubripiant, a ſtupro ac adulterio contaminent, & fieri p teſt naturalibus venenis ſoporiferis, ait D rius l. 3. q. 2. ſed ut plurimùm fit pactô ini cum Dæmone præcipuè quando dormiens e citari non poteſt, donec tempus ſtatutum a venerit, & quando ſtirpes illæ, ex quibus e ſiccatis fiunt pulveres, nullam ſomnificam v naturaliter habent. Simile huic maleficio c ſcribit Remigius l. 2. c. 3.

Qu

Quæres XXII. Quid ſit maleficium imagi-
um?

℞. Quod fit ſculpendo imaginem, vel ce-
am, vel plumbeam aliaque materia, nomi-
e illius, quem magæ maleficio affecturæ
nt, atque acubus, vel ſpiculis, vel clavis,
l ſpinis, vel omnem vel determinatam pun-
nt partem, vel igne liquent, vel confrin-
nt, prout vel morbum, vel mortem indu-
re ſtudent. Hoc adhibebant maleficium,
alefici ad inſidiandam vitam Caroli IX. Re-
s Galliæ, & Henrici Ducis Galliæ, ut aſſerit
aſpar Bravi p. 6. Conſult. 8. §. 3. & ſic alii
ictorium Amadeum Sabaudiæ Ducem neca-
deſignabant.

Quæres XXIII. Quid ſit maleficium hoſtile?

℞. Eſſe illud quidquid in bonis animi, cor-
oris, aut fortunæ damnum infert, & ut in-
rt, à maleficio adhibetur. Saxo Gramma-
us l. 14. hiſt. Dannorum meminit cujus-
m maleficii inhærentiæ: & dicit eſſe illud,
m ſcilicet, ut quis probroſo in actu coitus
præhendatur, ita innixus hæret mulieri
emonis opera, ut ſeparari non poſſit, niſi
leficio diſſoluto.

QUÆSTIO X.

De modis maleficandi.

Quæres I. Quot modis magi, vel ſagæ, aut
lefici maleficiare poſſint?

 ℞. Com-

℞. Communiter ſex modis. Et quide
Primò: nocent pulveribus quibusdam min
tis, in cibum potumvè infuſis, vel nudo co
pori affricatis, vel in veſtes diffuſis: horu
qui necant atri; qui morbum tantùm adferu
cinericei, vel interdum ruffi coloris ſu
Contra, quo pulvere malum tollunt, & me
cinam faciunt, is plurimùm albus eſt. V
tamen iſta, non ex pulveris colore, vel al
qualitatibus manat, ſed tota pendet ex pa
cum Dæmone inito, colores tantùm deſ
viunt declarandæ conventorum fidei, &
ſagæ decipiantur, quid (ut dici ſolet) p
quo præbendo. Hoc inde colligitur, q
non nunquam qui color albus uni medicin
facit, is in alterius ſtrigis poteſtate Leth
eſt, & Cinericeus penes unam morbos, pe
aliam lethum adduci, quin etiam uni, &
dem ſagæ aliquando necem infert, aliqu
do ſanat à morbo, prout Dæmoni ſignum
bet commutare.

Secundò. Maleficium patrant herbis,
ſtucis, aliisque id genus frivolis in hum
projectis, quæ ſupergredientibus (quibus
men malefica voluerit) ægritudinis, vel ne
certiſſima cauſa ſunt.

Tertiò. Utuntur unguentis albis, vel ſ
ruffis, inſtar bitunimis, in quibus interluc
permixtæ metalli micæ, & ſimul luteæ ca
cantesque guttæ: ſi unguentum hoc igni
jici

jicias, fulgorem, ſtrepitum, nidoremque edit, cui ſimiles res alia nulla. Hoc non nullæ manus ſemper habent illitas, ne qua nocendi elabatur occaſio, lethali ſi demulcendo, vel ſummas veſtes attigerint.

Quartò. Solo halitu, afflatuque afficiunt; ſic ſolent eſſe cauſæ puerperis abortiendi ſummo cum vitæ periculo, ut exemplis comprobat Nic. Remius l. 2. c. 27. Sprengerus in Malleo, & alii plures quos citat Peierlinus.

Quintò. Graviſſima damna inferunt ſolis verbis, quandoque mirum, interdum nocent ſolis minis, vel increpatione, imò & laude. Creditum id non gentilibus modo, qui baccare frontem cingebant, ut hoc malo obviarent: ſed & ætati noſtræ prolatum experientia, quod & ego fateor, ſed addo hæc omnia, non virtute verborum, ſed opera Diaboli ad ſignum concurrentis perfici.

Sextò. Nec rebus ſacris parcunt, ut quæ aſpergillum pulveribus contigerat, & ſic aſpergens aliam aqua benedicta, miſeram confecit, apud Remi. l. 1. c. 2. denique graſſantur apertius, quæ per Dæmonem ſtrangulari, vel præcipitari alium curant, vel parvulos noctu injecta culcitra præfocant, vel acu poſt aurem infixa necant, ut apud Sprengerum illa obſtetrix Helvetia; vel è cunis rapiunt, & lancinant, aut in uſum unguentorum, vel in cibum ſibi gratiſſimum, interdum puerulis

virulenti quidpiam inſtillant, unde morian-tur vel ſtatim, vel tale paulatim, interdum & ſanguinem exſugunt.

QUÆSTIO XI.

De magicis affectionibus.

Quæres: Quomodo clam ſcopuli, pannii, ſeræ, ferramenta, & ſimilia dura quandoque in corporibus hominum inveniantur, & qua ratione ingerantur, aut ejiciantur: an hujusmodi tribuenda maleficiis, & diabolicæ artii

Antequam ad hoc quæſitum valde diffi-cile, & pro utraque probabile parte aliquid concludatur, dico diverſos diverſa ſentire Paulus Grillandus l. 2. de ſortilegiis q. 3. num 27. duas refert opiniones. Alias vidi dicit ſæpe numero, quod maleficio infecti, ubi li-berationis remedium uſurparunt, frequenter ex ore evomerent, vel per ſeceſſum exonera-rent acus, capillos, ferramenta, clavos plumas, ſulphur, lapides, & res demum tales quas maleficio læſum vorare potuiſſe, erat impoſſibile: non ſolum integras, ſed nec fra-ctas, nec minutè in fruſta conciſas. Unde quid mirandum videtur? ſed dic, ut quidam cenſuerunt, Sathanam ad majorem hominum deceptionem facere dictas apparere ſpecies extraneas, in reſolutione facturæ, ut res mi-randa magis videatur. Quando quidem in-

ſpicii

ſpiciuntur, & conſiderantur ea eſſe talis naturæ, formæ, & qualitatis, ut impoſſibile fuerit talia potuiſſe ingredi in corpus maleficio læſi, per aliquam partem naturaliter: ſed in rei veritate non ſunt ſpecies naturales. Et quod hoc verum ſit, hinc apparet: quia illa ejiciuntur per vomitum, vel ſeceſſum, atque ita inter illas liquidas apparent à principio, cum primum è corpore emittuntur: At ſi ſervaveris illas materias biduum aut triduum, aut dies quinque quemadmodum ego alias ſtudioſe ſervari feci, videbis omnia ea liquefacta penitus, & ipſarum formas periiſſe totas. quodſi naturalia eſſent, profectò in ſua priori forma remanerent, nec corrumperentur maximè ferrum, & lapides, propter eorum naturalem duritiem, ut manifeſtum eſt omnibus. Quidam alii dixerunt, Dæmones ut res miranda videatur tunc temporis, quando maleſſicio affectus irritatur ad vomitum, vel ventris opus, velociſſimè & inviſibiliter aferre ibi ſpecies illas, ſive materias veras & naturales aliunde acceptas, & oſtendere quaſi in hominis corpore fuerint: ſed nota, licet Dæmon potentia ſua naturali hoc quidem poſſet, & tam dextro modo illas inſerere in vomitu, & ſtercore maleficio agitati, ut nullus hominum adverteret: prior tamen opinio magis placet, apparentis tantùm ſpecies, & non naturales eſſe, eo quod non diu du-

 rent,

rent, ſed reſolvantur brevi tempore in liquores.

Quidam alii Medici judicant in rei veritate nihil eſſe hujusmodi effectus, ſed tantùm præſtigias, & Technas Dæmonis. Coſmas Philiarchus Piſtorienſis Canonicus, & Theologus Florentinus in libro de officio Sacerdotis in 2. p. l. 3. c. 8. in primo præcepto Decalogi, putat aliquando hujusmodi res eſſe tantùm illuſiones, ut videantur, quæ veræ non ſunt, vel quod Dæmon aëris condenſatione, & coloratione faciat apparere illa, aliquando verò eſſe realia. Nam Diabolus inviſibiliter illa in ſtomacho infert, & inde viſibiliter educit, non obſtante quod ſint ita magna: quia poteſt ad libitum ea dividere, & reunire, & ubi opus fuerit activa naturalia ad id applicare, & hoc tanta celeritate ut oculus diviſionem, & compoſitionem diſcernere non poſſit, ſed judicet ita magna emitti, & quod oculus decipiatur, & non poſſit ratione velocitatis motus percipere rem, ut eſt. Materia hujus puncti ſemper mihi viſa eſt difficilis: tum quia multi dicunt conſtanti teſtimonio ſe hujusmodi educta ſæpius vidiſſe per inciſionem, aut etiam aliam eductionem: communis autem ſenſuum experientia non ſemper falſa eſt; tum quia via ingerendi hujusmodi in corpus ſine dolore, & tactu, & ſigno res mirabilis quædam apparet, & cogni-

gnitum nobis naturæ curſum effugere. Quid autem circa has res difficiles ex utraque tamen parte probabiles mihi ſentiendum videatur, paucis reſolvam, pro quo:

℟. I. Non eſſe negandum, aliquando res hujusmodi duras in partibus corporis Dæmonis potentia, & maleficiorum opera includi. Ratio eſt: quia multorum hominum diligenti oculati inſpectione compertum eſt, ſimiles materias è corporibus exciſas, & emiſſas eſſe. In eis autem, quæ multis ad ſenſum patent, omnia ad deceptionem referre, quando clara ſunt teſtimonia etiam Doctorum, infirmi eſt intellectus, quia multa ſunt, & fiunt, & non eſt dubium ea eſſe, quæ tamen rectè non poſſunt cognoſci. ut Auguſt. l. 21. de Civit. docet. c. 5.

℟. II. A ratione alienum non eſſe, Dæmonem ſubtilitate ſuæ ſcientiæ & virtute potentiæ poſſe immittere homini profundiſſimum ſomnum & mediis naturalibus efficaciſſimæ operationis adimere ſenſum doloris, ut ſciſſione carnem dividat, & hujusmodi materias duras imponat, & iterum breviſſimo tempore curet aliis naturalibus fortiſſimisque remediis nobis incognitis. Siquidem & Medici, vel Chirurgi naturalibus & ſoporiferis herbis non nunquam immittunt ſoporem, ad removendum dolorem, quando aliquod membrum abſcindere volunt. Ne quis admiratio-

ratione capiatur, quod nullum ſignum talis inciſionis appareat, cum cicatrix relinquatur, aut ob imperitiam Medici, aut ob medicinæ debilem, & tardam operationem, quæ omnia Dæmon ſupplere poteſt: quare videmus, quod cæteris paribus præſtantior Chirurgus perfectius curet, & minorem cicatricem relinguat. Huic concluſioni congrua exempla ponit Nicolaus Remigius l. 2. c. 4., quædam Margaretha Jenina adjunctis ſibi ſociis, cum proprium filium odiſſet, invecta eſt nocte à Dæmone in illius ædes, quæ erant Sarbringen, ubi dormientem prius tamen unguento illimitum, ad altius dormiendum aggreſſæ ſimul ſunt, ſed cum aliud facto aliquo impeditæ efficere non potuiſſent, teſtam humi repertam lateri filii, cui nomen erat Jaquilinus, facto prius vulnere, quod tamen momento coaleſceret, inſeruerunt: unde etiam poſt multorum menſium vexationem videntibus multis erupit. Sennel Armentaria, quæ Duſæ in Lotaringiæ oppido pridie Calendas Octobris, Annô 1586. mortis ſupplicium pertulit, confeſſa eſt, ſe in ſummum pedem cujusdam Philippi Piſtoris os è vervecina coſta inſeruiſſe: cum prius admota piſcis ſpina vulnus feciſſet, quod deinde callo obductum ingentes diuturnosque dolores eidem peperit, ut ab eodem Piſtore etiam poſtea compertum eſt.

QUÆ.

QUÆSTIO XII.

De curatione maleficiorum vel à ſe, vel aliis illatorum.

Notandum quod morbi, aut infirmitates dupliciter inferantur à maleficiis. Aut aliquando ipſi malefici per ſe rebus naturalibus & venenoſis morbum inferunt. Aut ipſi ſolùm adhibent ſigna rebus, aut verbis, quæ nullam habent efficaciam naturalem ad effectum, ſed tantùm adhibito ſigno Dæmon operatur inviſibiliter, circa corpus hominis, aut beſtiæ, cujus nocumentum maleficus intendit, applicando activa paſſivis.

Deinde advertendum eſt ex Malleo maleficarum. Sylveſtro Grillando, & aliis, quod quædam maleficæ nocent, ſed non curant, quædam verò è converſo curant, ſed non nocent: quædam verò utrumque præſtant. His ſuppoſitis:

Quæres I. Utrùm maleficiatus homo curari poſſit?

℞. Maleficiatum hominem quandoque nemo curare poteſt, niſi ejuſdem artis ſit peritus. Ratio eſt: quia malefici frequenter in inferendis morbis, & calamitatibus utuntur Dæmonis miniſterio, qui cum ſit calidiſſimus, & perſpicaciſſimus, novit talia adhibere,

re, quæ ars Medicorum ignorat. Quare in c. nec mirum 26. q. 5. etiam reprobantur remedia, & medelæ, quas ars Medicorum non commendat. Neceſſe ergo eſt, ut eadem arte mala hujusmodi tollantur, qua illata ſunt, quia nihil eſt tam naturale, quam eodem genere unumquodque diſſolvi, quo colligatum eſſe reperitur. FF. de regulis Juris. l. nihil tam naturale. Et ejusdem eſt ſolvere, cujus ligare.

Quæres II. Utrùm (quando ægritudines, aut infirmitates introducuntur à maleficis, cauſis mere naturalibus, veneno, aut venenoſis potionibus) poſſint curari remediis naturalibus & medicorum arte.

℞. Affirmativè ut plurimùm curari poſſe. Ratio eſt: quia quæ mediantibus cauſis naturalibus proveniunt, mediantibus contrariis ejusdem ordinis tolli poſſunt. Dixi ùt plurimùm: cum ex antecedenti, & circumſtantiis adjunctis contingere poſſit, quod ars Medicorum non ſufficiat, utpote ſi venenum fuerit fortiſſimum, ita ut ſtatim totius corporis diſpoſitionem invaſerit: aut ſi nimis diu expectatum ſit, antequam Medicorum cura adhibita, aut ſi ſubjectum veneficiis infectum ita ſit debilis complexionis, quod medicinas uſque ad debitam operationem retinere nequeat; atque hoc etiam perpendendum, quod noſtri malefici & ſagæ frequentiſſimè

utun-

utuntur venenis mirificè à Dæmone præparatis, & porrectis, quæ ſine dubio efficacioris ſunt operationis, quam ea, quæ præparantur arte, & induſtria humana, & hujusmodi ſolet non raro in congregatione finitâ choreâ diſtribuere, ut multorum confeſſione doctum fuit.

Quæres III. Utrùm maleficus poſſit ſolvere maleficium ab alio malefico inductum?

℟. Quandoque diſſolvi non poſſe, ratio eſt: quia maleficus in diſſolutione utitur auxilio Dæmonis, ſi ergo Dæmon, qui cooperatur in diſſolutione, ſit inferioris ordinis, & is, cujus artificio malum infectum, potentioris virtutis, non poterit inferior diſſolvere, niſi potentior aliquo reſpectu in majorem hominum pernitiem ſuo Jure cedat. Atque ſic regulariter non poteſt inferior maleficus remedium adferre calamitatibus à ſuperiori immiſſis. Cui rei brevi, in quodam loco vicino, ut à viro fide digno conſtat, quædam malefica, teſtimonium perhibuit, cum enim interrogata fuiſſet, num illi, quem maleficio infecerat, remedium adferre potuiſſet? reſpondit, nec ego, nec ſimiles mihi hoc poſſumus, licet inferamus.

Quæres IV. Utrùm regulariter loquendo, quæ inferior maleficus intulit maleficia, ſuperior poſſit diſſolvere?

℟. Affirmativè. Ratio eſt: quia ſuperior

male-

maleficus operatur virtute ſuperioris Dæmo-
nis, qui inferiorem poteſt cogere, ut ipſe-
met diſſolvat, vel ſuperior valet diſſolvere:
cum in ſua poteſtate ſit. Rex enim in ſuo
regno omnia, quæ excellentiæ, & poteſtatis
ſunt, poteſt quæ Prætor, vel officiatus ſibi
ſubditus. Intelligo autem hìc ſuperiorem
maleficum eum, qui pactum habet cum Dæ-
mone ſuperioris ordinis.

Quæres V. Utrùm quandoque infirmitates
& calamitates illatæ tales ſint, ut amplius nul-
lo etiam maleficio diſſolvi queant?

℞. Affirmativè. Ratio eſt: quia ſicut ma-
la aliquando ita periculoſa & inveterata ſunt,
ut nulla arte medicorum curari queant: ita
etiam ob diuturnitatem maleficia hominis na-
turam deſtruere poſſunt, ut impoſſibile ſit
curare, quia cum maleficus curet cooporante
Dæmone, qui impedimenta ſanitatis remo-
vere debet naturalibus: ſi ob diuturnitatem
omnino natura deſtructa ſit, non poterit re-
medium adferre. Ex quo infertur non poſſe
Diabolum omnem morbum, maximè ſene-
ctutis curare. Hinc ſæpiſſimè audivimus,
quando incantatores, & malefici interrogan-
tur, & conſuluntur de morbis illatis (quod
nullo modo fieri deberet) eis quandoque
reſpondetur, quod nimis tardè veniant.

Quæres VI. Utrùm maleficus aliquando cu-
ra

rare poſſit morbos, quos ars medicorum aut ignorat, aut curare non valet?

℞. Affirmative. Ratio eſt: quia Dæmon, qui ex pacto malefico concurrit, majoris eſt ſcientiæ & potentiæ naturalis, quam præſtantiſſimus & expertiſſimus quicunque medicus.

Quæres. VII. Utrùm quandoquis in morbis, & infirmitatibus curandis utitur modis, & medicamentis, quæ medicorum ars ignorat: aut rebus quæ ſecundum Phyſicam, & naturalem Philoſophiam nullum habuerit naturalem ordinem ad effectum producendum, ratio curationis ſit ſuſpecta, & ſapiat ſuperſtitionem, & maleficium?

℞. Affirmativè. Ratio eſt: quia naturali cauſæ ineſſe debet aliqua vis inſita naturalis, in ordine ad productionem effectus, & ſi, hæc in curationibus non inveniatur, neceſſe eſt effectus expectetur à Dæmone ex pacto. Hinc infertur, ut plurimum remedia vetularum, aut virorum, aut (quod magis deteſtandum) quandoque ſacerdotum, eſſe valde ſuſpecta. Cum enim ſint indocti in medicina, & res naturales ignorent, contendunt non raro morbos graviſſimos & inveteratos ſanare, de quibus medici, quia ſuam ætatem in ſtudiis conſumpſerunt, deſperant, & non raro media adhibent hujusmodi homines ſuperſtitioſi, in quibus nulla eſt ſimilitudo cauſæ & effectus.

QUÆSTIO XIII.

De magicorum morborum maximè obſidii onis eſſentia.

De magicorum morborum, ſeu veneficco rum eſſentia jam jam ſuprà dictum eſt, num tantùm remanet tractandum de obſidioni eſſentia, pro quo

Quæres I. Quid ſit obſidio?

℞. Hominum à Dæmonibus obſidio eſt poſ ſeſſio, qua Dæmones quadam poteſtate cru ciandi hominibus, in quibus ſunt non tan quam in loco, ſed quaſi in proprio habita culo, accepta per ſe ipſos immediatè in eo illam executioni mandant.

Dicitur poſſeſſio loco generis, per hoc enim convenit cum omnibus aliis poſſeſſioni bus, quibus Dæmones ſunt actu in corpore ſicut erant in ſtatuis idolorum, vel in aſſum pto corpore, vel in omnibus maleficiatis ſim pliciter, vel in pluribus Sanctis à Dæmonibu moleſtatis, vel in Anabatiſtis &c.

Dicitur in quibus ſunt non tanquam in lo co, ſed quaſi in proprio habitaculo, tum qu lamiæ, & malefici defferuntur à Dæmonibu per aërem, & quia tunc agunt in illis, in e exiſtunt ut in loco, & tamen apellantur a reptitii, tum quia dum exterius ſolùm à Dæ mon

monibus cruciantur, ſicut S. Job. & alii non
dicuntur Dæmoniaci.

Dicitur per ſe ipſos immediatè in eos il-
am executioni mandant, nam ſi vexent me-
liatè, ut dum in corpore aſſumpto, aut per
pectrum, aut per ſtatuas loquuntur, vel mor-
os inferunt mediis venenis non conſtituun-
ur Energumeni, alioquin omnes poſſeſſi, in
uibus eſt Dæmon actu in corpore, ſicut erat
n ſtatuis idolorum, vel in aſſumpto corpore
bsque ulla vexatione, & omnes maleficiati
impliciter, & plures Sancti à Dæmonibus
oc pacto moleſtati, vocarentur arrepticii.

Quæres II. Utrùm Dæmones ſint intra cor-
us obſeſſi?

℞. Affirmativè. Ratio eſt: quia præcipu-
m organum eſt pulmo, reſidens in medio
horace pectoris, ergo quando Dæmones il-
um immediatè movent, & voces per os Dæ-
noniaci edunt, debent intra terminos quan-
itatis corporis latitare, & colligitur ex Math.
3. 15. 17. ubi dicuntur Dæmonia homines
ntrâſſe, & ex iisdem ejecta.

Quæres III. Utrùm Dæmonia in obſeſſos
liquam poteſtatem habuerint, & per ſe ipſos
mmediatè in eos illam exercuerint?

℞. Affirmativè, & patet ex eo præſertim
uod dicitur Dæmonia homines vexâſſe, red-
idiſſe mutos, cœcos, ſurdos, atque nunc in

aquam, nunc in ignem præcipitâſſe, nunc pe
agros atque montes agitâſſe.

Quæres IV. Quomodo differat poſſeſſus a
aſeſſo?

℟. Quod poſſeſſus dicatur, cum Dæmo
ſit actu in corpore, ut erat in ſtatuis idolo
rum, vel in aſſumpto corpore, & non eſt ne
ceſſaria vexatio, vel ſi eſt aliqua vexatio e
externa, ſive mediata: obſeſſus verò eſt cum
vexatione, & immediata.

Quæres V. Quotupliciter aliquis obſide
poſſit?

℟. Tripliciter. I. Cum Dæmone tantùm
II. Cum maleficio tantùm. III. Cum utroque
Tunc dicitur ſimpliciter Dæmoniacus, cum
Dæmon vexat hominem ſecluſo maleficio
& tunc non ſemper eſſentialiter adeſt, ſed ſo
lùm adeſt eo tempore, quo maleficus ei præ
cipit torquere Dæmoniacum. Cum male
cio tantùm, & tunc dicitur ſimpliciter mal
ficiatus, quando Dæmon non eſt intrà co
pus, ſed ſolum aſſiſtit extra corpus per al
quod maleficium factum intra corpus, v
extra, & illud movet & applicat modo u
membro, modo alteri ad beneplacitum mal
fici. Cum utroque ſimul, & tunc dicitur Dæ
moniacus ſimul & maleficiatus, & tunc ſin
intervallo affligitur, plus vel minus ſecundù
divinam permiſſionem.

Quæres VI. Utrùm Dæmones in Cathecum
ne

nos & nondum baptiratos habeant aliquam poteſtatem?

℞. Affirmativè: ipſi tamen verè obſeſſi non ſunt. Ratio eſt: quia Dæmones in eorum corporibus non exiſtunt. Et præterea patet ex Trid. ſeſſ. 5. in prævaricatione Adæ innocentiam cum perdidiſſent, facti ſunt immundi natura, filii iræ, ſervi peccati, atque adeo venerunt in poteſtatem Diaboli, & mortis. Exorciſmi autem juſte ipſis adhibentur, ut pellatur ab eis poteſtas hoſtilis, quæ decipit hominem, ut poſſideret homines. S. Auguſt. l. 1. de ſymb. c. 1.

Quæres VII. Utrùm peccatores omnes nuncupentur verè obſeſſi à Dæmonibus?

℞. Negativè. Licet enim affectum illorum acquiſiêrint, & moraliter penes effectum in corde eorum ingreſſi ſint per ſuggeſtionem neſſimarum cogitationum, non tamen verè obſeſſi dicuntur.

Quæres VIII. Utrùm omnes divinatores re ipſa à Dæmonibus ſint obſeſſi?

℞. Negativè. Etſi utantur opera dæmonum, eorum tamen conditio deterior eſt quam obſeſſorum, pati enim malum à Dæmonibus magnum non eſt, ingens verò malnm eſt Dæmonum in qualibet etiam re, ope, auxilio, ſeu conſilio uti. Hinc juſtè de illis, non his ſupplicia ſumuntur, ex iis tamen aliqui obſeſſi inveni-

veniuntur, ut patet in aliqua puella, de qu[illegible] fit mentio Actorum 16.

Quæres IX. Utrùm omnes Hæretici ſint ob[illegible]ſeſſi?

℞. Negativè. Licet magnam communic[illegible]nem habeant cum Dæmonibus. At quidam Anabatiſtæ obſidentur. Imo S. Franciſcu[illegible] Saleſius affirmabat eos maximè Hæreticos qui docent, & prædicant à Diabolo vel po[illegible]ſeſſos vel obſeſſos, teſte ejus Nepote in eju[illegible] vita l. 2. fol. 67. differunt tamen ab aliis ob[illegible]ſeſſis, eo quod cruciatibus ſunt prorſus im[illegible]munes, & Dæmon in ipſis ſolùm voces & ſo[illegible]nos format de peregrino idiomate, & altiſſ[illegible]mis myſteriis ante non notis.

Quæres X. Utrùm omnes ſagæ à Dæmon[illegible]bus obſideantur?

℞. Negativè, etiamſi earum conditio d[illegible]terior ſit, quam obſeſſorum, ob pactum ii[illegible]tum cum Dæmone, & ejus ſocietate, ex [illegible] tamen aliquæ fœderatæ cum Dæmone infe[illegible]oris ordinis ſunt obſeſſæ à Dæmone ſuperi[illegible]ris ordinis, cum quo maga earum inimi[illegible] fœderata eſt.

Quæres XI. Qualemnam Dæmon habeat p[illegible]teſtatem in homine?

℞. Præprimis poteſtatem habet in corpu[illegible] eique præſcripta eſt certa meta, alias Dæm[illegible] ex ſe ipſo ob ingens odium erga hominem quod oritur ſecundùm Berullum c. 2. & 3. [illegible]

od[illegible]

odio DEI, & ex invidentia felicitatis, & ſalutis hominum, illos occideret. In animam autem minus habet poteſtatis, & quamvis poſſit multiſariè eam ad malum inducere, non tamen poteſt cogere voluntatem, ut ſtabilitum eſt c. 2. Certe non in ipſius ſubſtantiam, aut potentias alioquin illaberetur in illas, quod eſt proprium ſolius DEI. Nec habitus ab eis tollere poteſt eadem ratione, ſed poteſt retardare in exercitio virtutem.

Quæres XII. Quomodo appareat Dæmon antequam ingrediatur corpus hominis?

℟. Primò comparet in quadam horribili forma hominis ſuſpenſi, ſeu mala morte extincti, vel alicujus bruti, qui licet ei evaneſcere videatur, in ejus tamen corpus ingreditur noctu ùt plurimùm ac in locis opacis, & obſcuris. Secundò excitat tumultum. Tertiò affert moleſtiam. Quartò mirabiles in ſomnis viſiones. At aliquando nullo ſigno ſe prodit ut obſervat S. Gregorius l. 1. dial. c. 4. in moniali illa, quam ſub lactuca latens Dæmon ingreſſus eſt, quem illa ſub lactuca latitare, aut quod ſe ingredi tentaret, nullo modo potuit animadvertere. Poteſt enim Dæmon ſub forma aranei, aut muſcæ, aut formicæ hominibus latere, parvitas enim corporis non impedit aſſumptionem, aut quælibet figura, & defacto plerumque ita ſucceſſit, dum animalia hæc in obſeſſorum ore viſa ſunt, ut ait

Fortunatus in vita S. Germani c. 27. & 52.

Quæres XIII. Quomodo Dæmon ingrediatur, & egrediatur?

℟. Quandoque per os, quandoque per alios meatus ordinariè loquendo, hoc tamen non eſt neceſſe, poteſt enim etiam penetrare ipſa corpora, & ingredi, & egredi per quamlibet corporis partem, utpote incorporeus.

Quæres XIV. Quomodo Dæmon lateat in corpore obſeſſi?

℟. Totus in toto, & totus in qualibet parte corporis obſeſſi. Poteſt enim totum corpus occupare, vel aliquod membrum, vel minimam indeterminatam, ac proinde vix perceptibilem partem, frequentius tamen in, vel juxta cor reſidet ad immitationem Dei. Proverb. 23. vel navitæ, qui in ea ſe parte navis collocat, ubi navis commodiſſimè impelli poteſt. Solet etiam reſidere in aliis locis, & loca mutare, ſed tamen non circumſcribitur his locis ſicut corpora.

Quæres XV. Utrùm ex omnibus novem ordinibus Dæmones humana corpora ingrediantur?

℟. Affirmativè, & quandoque unus, quandoque plures obſident idem corpus, item ex eo unus egredi poteſt, aliis remanentibus, ut plurimùm tamen uno egreſſo, etiam cæteri exeunt.

Quæ-

Quæres XVI. Utrùm omnes Dæmones torqueant, qui in homine ſunt?

℟. Affirmativè, & plus plures torquent, & quandoque eadem mala afferunt, quandoque ſinguli propria habent quæ infligunt; veriſimile quoque ſua ſingulis eſſe in homine loca, & in hac ſocietate unum eſſe reliquorum caput, ſicut in republica vel regno.

Quæres XVII. Utrùm Dæmones in energumenis exiſtentes luant ſuas pœnas?

℟. Affirmativè ſuum enim ſemper infernalis ignis circumferunt cruciatum, voluptatem tamen quandam hauriunt inde, quod hominibus incommodent, ipſis obſint, ipſos vexent.

Quæres XVIII. Utrùm Dæmones interdum ad certum tempus diſcedere poſſint?

℟. Negativè DEI providentia, non defectu poteſtatis exorciſtæ. Interdum ceſſant moleſtare ad tempus, ſic Saul Rex 1. Regum 16. c. aliquando levius habuit, & fuit refocillatus. Idque DEI miſericordia, & hominum imbecillitate, quæ continuos cruciatus ſuſtinere nequit; alioquin eorum vita abbreviaretur, nec poſſunt amplius Dæmones illos moleſtare. Interdum ad tempus egrediuntur ab obſeſſis, ut ſucceſſit die obitûs Lutheri, quo teſte Brandenbach Collat. l. 7. c. 39. Dæmones omnes, qui torquebant obſeſſos, mandato Principis ſui ad novi Prophetæ & fidelis

 Coope-

Cooperarii funus evocati ſunt, eidemque in-
terfuerunt, ut poſtera die in eosdem ingreſſ
hoc idem confeſſi ſunt. Heu feralis tum pom-
pa funebrium tædarum, quas ſinguli Dæmo-
nes detulerint in funere celebrando.

Quæres XIX. Quot mala præcipuè Dæmo-
nes inferant obſeſſis?

℞. Sex: I. Internos cruciatus. II. Priva-
tionem ſenſuum, Lucæ enim 11. dicitur dæ-
monium ſurdum, & mutum. III. Transfor-
mationem formæ naturalis. Lucæ. 13. IV.
Corruptionem imaginationis. Marci. 5. V.
Sumas animi anguſtias inducentes ad deſpe-
rationem Marci 9. VI Mortem corporis.

Quæres XX. Quot modis peculiariter mo-
leſtent?

℞. Quinque. I. Senſuum & phantaſiæ fa-
ſcinatione v. g. interdiu obſeſſis videtur con-
ſpicere hoſtes contra ſeſe armatos mala pa-
rantes, cruentas beſtias, putant ſe in beſtias
transmutatos. II. Virium infirmitate. III.
Ablatione, vel hebetatione Organorum. IV.
Contractione, & diſtractione membrorum.
V. Depulſione, & impulſione corporum. Mar-
ci. 9. Sed non omnia iſta mala ſimul, & ſe-
mel reperiuntur in quolibet energumeno, ſed
aliquando omnia, aliquando ſolùm aliqua
ex illis. Dæmon enim quandoque interdicit
uſum occulorum, vel alterius ſenſus, & non
aliorum, v. g. obſeſſus, quem teſte fortuna-

to

to, liberavit S. Germanus, non patiebatur aliam moleſtiam, niſi quod ejus corpus non poterat moveri, quando ad Eccleſiam ire volebat. In aliquibus morbus habet intervalla, in aliis eſt communis, in uno eſt in excellenti, in aliis in ſummo, in uno Dæmon habet ſolùm poteſtatem in alteratione corporis, in aliis in vita ut ait S. Cyprianus ſerm. de lapſis.

Quæres XXI. Utrùm hæc mala etiam durent mortua ſaga?

℟. Affirmativè, licet non tam intenſa; & facilius curantur, nam maga non amplius renovat maleficia, & non concitat amplius Dæmones ad inſidiandum vitæ obſeſſorum.

Quæres XXII. Utrum DEUS, Diabolus, Viri ſancti, & malefici poſſint Dæmones hominibus immitere.

℟. Affirmativè, ſed diverſimodè, DEUS immittit, quia Dæmones ſunt ei ſubjecti, contremiſcunt, & pavent ad nutum ejus Job. 26. Diabolus ſuperior immittit inferiores, opportet enim ſuperioris imperia inferiores excipere, & mandatis parere, ſi regnum ſuum tueri, propagare, & conſervare volunt contra genus humanum. Quod attinet ad Viros ſanctos, licet olim: quando aliæ rationes deerant rebelles coërcendi, & in officio continendi admitti facilius patuit hæc poteſtas Dæmones hominibus immittendi. Ut fecit S. Paulus 1. Thim. 1. Corinth. & alio loco Hy-

Hymenæo, & Alexandro, nunc tamen quan-do comodiores rationes ſuppetunt, utili intermittitur.

Quæres XXIII. Utrum liceat appetere arri-pi à Dæmone?

℟. Negativè ſine ſpeciali DEI inſtinctu quia ad hoc regulariter conſequuntur plur delicta, ut blaſphemiæ, convitia, &c. quæ at-tribuntur arreptitiis, ſi non careant uſu ratio-nis. Exempla ſunt apud Sulpitium 1. dial. c. 14

QUÆSTIO XIV.

De magicorum morborum differentiis.

Quæres I. Quotuplices ſunt morborum dif-ferentiæ?

℟. Duplices: Eſſentiales, ſeu propriæ, & accidentales. Eſſentiales ſunt, quæ ab ipſa morbi eſſentia ſumuntur, ac ita uni ſpecie competunt, ut alteri communes eſſe non poſ-ſint. Accidentales verò ſunt, quæ ab his, quæ morbi eſſentiam conſequuntur, aliiſque circumſtantiis petuntur, cum alia conſtitutio ſit partium ſimilarium, quatenus tales alia or-ganicarum, & communis utrique unitas, re-ceſſus ab iſta naturali cujuſque conſtitutione morborum genera ſuppeditat.

Quæres II. Quinam ſint morbi partium ſimilarium?

℟. In-

℞. Intemperies, vel ſimplex, vel compoſita. Simplex una, compoſita dum binæ qualitates excedunt. Ad quarum genus reducuntur etiam ocultarum qualitatum affectiones, ſive à tota ſubſtantia ut alii dicunt.

Quæres III. Quinam ſint morbi partium Organicarum?

℞. Hi morbi, qui etiam dicuntur in compoſitione, fiunt, cum partium naturalis conſtitutio vitiatur, vel earum numerus adaugetur, vel imminuitur, vel eædem in magnitudine creſcunt, vel deficiunt, vel earum confirmatio non proportionalis fit, ut cum figuram decentem non ſervant, & earum, vel cavitas, vel ſoliditas, vel ſuperficies, vel levitas, vel aſperitas non ſervatur, vel proportionatum locum non occupant.

Quæres IV. Quinam ſint morbi ſolutæ unitatis?

℞. Vulnus, ulcus, punctura, contuſio, ruptio, fractura, oſſis caries, & apoſtemata, quæ licet ad morbos magnitudinis reduci poſſint; nihilominus ad hoc genus ſpectant, cum per hanc affectionem membranæ à membranis, & muſculi à muſculis ſejunguntur.

Ex quo colligitur quodſi morbi iſti dantur, cum ex naturæ defectu à cauſis naturalibus fiant, facilius quidem eſt judicare maleficos morbos admitti ſecundùm varios modos, cum habeant originem mediatè à ſpiri-

tuali

tuali cauſa ſupra naturæ ordinem varia call-lente. Varius l. 3. c. 11. D. Thomas 1. p. q. 111. a. 2. ad 2. & 3. qui addit potentiam Dæmonis non ſolùm eſſe cauſam trium morborum generum prædictorum, ſed aliorum minorum, & multiplicium arti medicæ ignotorum, ita ut medici ſæpe in judicando decipiantur, ac mederi neſciant. Verum quia morbi vel ſunt acuti, vel magni, vel parvi, & ordinarii, vel chronici: ideo ex factis quoque obſervationibus, & hiſtoriis magicos morbos uniuscujusque horum naturam ſapere clarè patet: nam prout citò terminantur, magnasque moleſtias habent, cum vitæ periculo nuncupantur per acuti, vel acuti ratione termini.

QUÆSTIO XV.

De magicorum morborum cauſis.

Quæres I. Quot ſint cauſæ naturalium morborum?

℞. Duas eſſe, ut ſanxit Hip. de nat. hum. procatarcticam unam ſive externam, vel prægreſſam, & internam alteram. Lubet igitur magicorum morborum easdem aſſignare pro quo

Quæres II. Quid ſit cauſa externa vel efficiens permiſſiva?

℞. Eſſ

℞. Eſt DEI voluntas tendens ſemper ad bo
ıum, cum per miſericordiam indulget, & per
ıſtitiam plectit. Vel eſt efficiens poſitiva me-
liata, & hæc eſt Dæmon, qui ut cauſa exter-
ıa dupliciter operari poteſt. Primò enim ex-
itatis, relictisque morbis, ut puta commo-
a aliqua diſeraſia, vel fluida aliqua materia
oacervata, & poſtmodùm largiſſimè evacua-
a, aut ſoluta aliqua unitate, aut luxatis par-
ibus ab initio ſolum præſens torquet ac po-
eſtativè poteſt ingrediendo & egrediendo
enovare ſemper morbos. Secundò verò po-
eſt uſum venenorum phyſicorum ſimplicium,
ut compoſitorum, herbarumve venenatarum,
t Cicutæ, Salmandriæ, aconiti, pintuo car-
i, bobuſtri, mandragorum, cantaridis, &
liorum de quibus fit mentio l. 3. §. adjectio
f. ad l. Corneliam de ſicariis, & veneficis, &
. 2. 4. nat. hiſt. Plinii c. 17. (quæ aut unguen-
um aut in quintam eſſentiam redacta appli-
at, ut citius quas libuerit malas inducat af-
ectiones) initio ſolùm præſens dum præfa-
a venena adhibet, aut intromittit, morbos
truit.

Quæres III. Quid ſit cauſa efficiens inter-
ıa, proxima, & immediata?

℞. Eſt Dæmon quoque, ut dum exiſten-
ialiter agit virtute propria, vel ſimplicem,
el humoralem temperiem variando, humo-
es movendo, augendo, transferendo, ad
alia

alia membra, vel è loco ad locum, vel par-
tes abſtrahendo, vitiando, luxando, vel con-
tinuum diſſolvendo, prout invenit patientem
magis diſpoſitum; nam etſi ipſe absque tali
diſpoſitione, vi propria poſſit quam plura
operari, tamen ut facilius ſortiatur effectum
& ut effectus videatur naturalis, ut medicos
aliosque decipiat, talem diſpoſitionem exi-
git; venena immiſſa ab ipſo Dæmone ad no-
cendum in humana corpora, quando vult re-
diis naturalibus uti, ad internam etiam cau-
ſam revocari poſſunt.

Quæres IV. Ad qualem cauſam reducatur
maleficus?

℞. Ad externam efficientem remotam ab
aliquibus reduci: ſed revera per ſe ipſum non
agit, ſed Dæmon ad præſentiam quorundam
ſignorum; quæ in maleficio fere adhibentur,
ideo etiam ipſa maleficia nuncupantur.

Quæres V. Utrùm naturali vi maleficus in-
cludat *Dæmones* in annulos, ſpecula, vel
vaſcula, equos, & homines?

℞. Negativè. Neque è corporibus obſeſſis
expellit, ſed vel imperio aliorum Dæmonum
ſuperiorum, vel ipſi Dæmones ſponte ſe ip-
ſos includunt, & alligant, aut è corporibus
ſe expellunt, pacto tacito vel expreſſo cum
ipſis inito, ut id præſtent, cum fuerint invo-
cati à maleficis, ſervitutem autem ſimul. nt
v

vel quia alios odio habent, vel ut illos lu-
rentur. Noſter Ronguolius in lib. 1. Reg. c.
8. v. 15.

Quæres VI. Quænam ſint ſigna hujusmodi
auſæ externæ?

℞. Fila, oſſa, vitrum, acus, ſpiculæ, cla-
i, carbones, ſulphur, capilli, ungues, ſter-
ora, ſpinæ, ſaxa, cultri, ligna, fruſtula cal-
garum, vel veſtium, ſecundina infantium ne-
ndè baptizata, legumina omnia, fructusque
cci, ſemina quarumdam plantarum, frumen-
ım, milium, gallæ, & ſæpe juglandum, nu-
ım cortices, ſtipites, vel fruſtula, vel ha-
ım arborum frondes aut laqueis ſuſpenſo-
ım, aut obtruncatorum: nec non avium ra-
acium, vel ferarum, ceu felium, hircorum,
ervecum, ſerpentum, ſcorpionum, ſcarabe-
rum, araneorum, veſpertilionum, lacerta-
m bicaudarum, ranarum, hirundinum oſſa,
ɔrda, hepata, ac inteſtina, tum radices
ıædam vulgo concordia, & diſcordia, fu-
ium ſuſpenſorum particulæ, plumæ ad for-
am pilæ cordis, cylindri, vel quodam alio
tificio ingenioſiſſimè confertæ, & ligatæ,
parte pennarum, & cortices fabarum qua-
ım pinquedine intinctæ, & quoddam hepar
rma piramidali reductum quadam nigra
enna transfixum, characteres quidam cer-
influxibus aſtrorum delineati, imagines
l cereæ vel blumbeæ, vel ligneæ, vel ex pan-

 no,

no, lignoque nucis, aut materia alia, nun ſimplices, modo clavis, terebello, ſpiculiss acubus, ſpinis transfixæ, nunc ſine brachio vel manu, digito, pede, auribus, oculo, na ſo &c. prout cogitat nocumentum inferr maleficus.

Quæres VII. Utrùm potius Dæmon ſvade abuti rebus ſacris quam aliis?

℟. Affirmativè. Et quidem primò: ut ejiu peccatum gravius faciat, ſic enim non ſolùn eſt maleficus ſed etiam ſacrilegus. Secundo ut facilius decipiat, dum hoc modo faciliu perſvadet hujusmodi mira non fieri à Dæ mone, ſed à DEO. Tertiò: ad contemner dam fidem, credens tunc majorem honore Dæmoni inferre, adhoc, ut effectus faciliu perficiatur. Quæ & ſimilia etſi videantu connumerari inter cauſas externas, ſi ponan tur extra corpus, & internas ſi applicentu intrà corpus, cum in tantùm magicis morb obſeſſi afficiantur, in quantum inſtrumentu maleficis perſiſtit. Nihilominus eæ res, cu naturaliter nihil juvent ad maleficium, v morbos magicos inferendos, dicuntur ſolù eſſe ſigna, & pacta facta, ad quorum præſen tiam ipſemet Dæmon per ſe accurrit, & fa cit res mirabiles, & miſerandas, quæ ap parent.

Omitto hic ſub diviſionem internæ cauſ in antecedentem, & conjunctam, cum ſat

liquet

liqueat ex jam dictis Dæmonem utrarumque munere fungi, cum enim turgentiam naturalium humorum excitat, antecedenti cauſæ vices gerit, cum partibus humores impingit, vel ipſe immediatè id præſtat per propriam virtutem, conjunctæ cauſæ præſtat officium.

QUÆSTIO XVI.

De maleficis.

Quæres I. Quare dicantur maleficæ?

℞. Hujusmodi nefariæ feminæ ex ſenerto Thom. 3. l. 6. p. 9. c. 2. dicuntur tales ob nocendi animum: Veneficæ vero, ex eo, quod venena vel nocentes herbas ad maleficium præparent. Magæ autem, quia cum non poſſint omnia, quæ vellent intellectu conſequi, edocentur à Dæmone: ſagæ à ſagendo, id eſt multa faciendo, nam ſe multa ſcire, & facere profitentur: lamiæ, quia ſicut lamiæ ethnicorum poſſunt homini, brutis, ſegetibus nocere, vel ſuperſtitioſe curare infirmitates ſub variis figuris animalium, & ſtriges ab ave ejusdem nominis, quæ credita fuit noctu infantes ſine cuſtodia relictos à cunis rapere. Quam male ſibi conſulant maleficæ advertit Rangolius. in l. 1. R. c. 28. v. 10. q. 127. Nam certis diebus præſertim feria quinta in deſertis noctu conveniunt ex

 plu-

pluribus, & diverſis oppidis & Provintijs utri-
usque ſexus homines, & ibi tripudiant, jo-
cantur, epulantur ſplendidè, incubum, ſuc-
cubumve alterna venere patiuntur, per invi-
eo ducuntur, inebriantur, fatigantur, Dæmo-
num obſequiis initiantur, cum quibus lo-
quuntur, quibusque præſtant cenſum, in-
euntque pactum expreſſum vel tacitum, ex-
preſſum poſſunt facere cum ſolemnitate, &
ſine illa. Cum ſolemnitate faciunt cum Dæ-
mon inviſibili effigie ſummi Monarchæ appa-
ret ſedens in ſolio, & multitudine ſuorum
ſtipatus, coram quibus utrinque fiunt pro-
miſſiones. Homo promittit Dæmoni fideli-
tatem, & illius mandata ſe per omnia ſerva-
turum vovet, tangendo ei manum cum ma-
nu ejus ſiniſtra poſt tergum verſa, abnegat
fidem, Sacramenta, beatam Mariam Virgi-
nem, DEUM, conculcat crucem, ſpondet
perniciem humani generis, & nunquam ſe in-
tegram confeſſionem ſacramentalem factu-
rum. Dæmon contra promittit futura, &
occulta revelaturum, & ſe votis ejus per o-
mnia ſatisfacturum in hac & alia vita. Abs-
que ſolemnitate fit duobus modis. I. Cum
ſolus cum ſolo Dæmone pactum init. II.
Cum non audens coram Dæmone compa-
rere idem promittit per alium maleficum.

Quæres II. Quotuplex ſit adhuc pactum
tacitum?

℞. Du-

℞. Duplex. Primò: quando quis ſciens
x valens ſuperſtitioſis utitur ſignis, quæ di-
licit vel ſermone, vel lectione librorum, qui-
us magi uti ſolent. Secundò: quando quis
titur ſignis ſuperſtitioſis, ſed neſcit eſſe ſu-
erſtitioſa.

Quæres III. An maleficæ noctu ambulent
er longa locorum intervalla?

℞. Affirmativè, & quidem breviſſimo ſpa-
io temporis. Inſuper intrant cællas alienas
pperiente feneſtras, vel oſtia, & eo adju-
ante Dæmone, quas ſic intromiſſas docet,
uæ ſint peragenda. Et ne lux lucernæ, aut
ıdelæ eas prodat maleficiando, ipſe Dæmon
ı aſſumpta forma felis, eam ſtatim extin-
uit, ductisque ad lectum, diſcooperit pan-
os, imponit juxta tempora, nares, collum,
ıandragoram, opium, jusquianum, ſolanum,
el alia ſomnifera ad inducendum ſomnum,
uibus ſic à ſomno conſepultis maleficæ duo-
us modis applicant maleficia, ſcilicet in cor-
ore, & extra corpus.

Quæres IV. Quotupliciter maleficia appli-
ent in corpore?

℞. Dupliciter. Primò: cum unctionibus,
ılveribus, cæteriſque miſcellis maleficiis,
venenis inungunt modo unam, modo ali-
m partem corporis, & eſt tanta vis illius
nctionis, ut paulatim durante calore ipſius
ormientis ingrediatur intus carnes, & per-

 meat

meat ad penetralia cordis ac viſcerum. Se-
cundò: ſua illa venena in pulverem ſæpe re-
dacta, vino vel ferculis imiſcent, ſicque præ-
bent multa fercula, & peſtiferos potus ignari
Quæres V. Quando maleficia applicant ex-
tra corpus?

℞. Quando nempe in limine oſtii, vel ſſu
culcitris, ſeu lectuli pulvinaribus, cervical-
bus, aliis obſtruſis locis, ac etiam in chlam-
de aliisque veſtimentis reconduntur, ex qu-
rum tactu in hominum aut brutorum corpo-
ribus omnia genera morborum contend-
Dæmon inferre; ſi igitur remedia non ad-
hibeantur obſeſſi vires paulatim fatiſcun-
donec deveniant ad extremum vitæ. Qua-
doque verò velocius occidunt: quando vo-
lunt inducere mortem absque remedio ad-
hibent venena atrocia, vel obruunt, v
ſtrangulant, vel ſuffocant nedum puero-
ſed etiam viros.

Quæres VI. Quot modis fiant inviſibile-

℞. Quatuor. I. Efficieudo, ut ſubi-
transferantur alio non advertentibus circu-
ſtantibus. II. Interponendo aliquod corp-
ad inſtar veli. III. Interponendo aliam fi-
ram, ut non cognoſcantur. IV. Impedi-
do ſpiritus viſorios, ne corruant ad viſi-
nem earum.

Quæres VII. An poſſint aſſumere corp-
animalium?

℞. Aſſ

℞. Affirmativè, & hoc fieri poteſt quatuor
modis. I. Per præſtigium, quod tamen lo-
cum non habet, quando revera invadunt ho-
mines, & etiam intra opida illos ſtrangulant.
II. Obſeſſo vero lupo, quem pro voto in
damna hominum impellit, & è manibus inſe-
quentium erripit, vel uſu naturalis virtutis
lupinæ, vel eum movendo localiter, aut ocul-
tando, & reddendo inviſibilem. III. Aſſu-
mendo corpus in figura lupi, & iſta perficien-
do. IV. Oſtendendo hominem vel aliud ani-
mal in figura luppi, per quem iſta præſtet.

Quæres VIII. An anima maleficarum poſſit abire corpore ſemi animi relicto?

℞. Affitmativè quæ mox rediens, & cor-
pore invento cremato, velut vagina ammiſſa
interdum abiiſſe fertur à Plinio l. 7. c. 52.
quin & ſæpe-repertæ ſunt nudæ in alia patria.

Quæres IX. Quotupliciter hoc fieri poteſt?

℞. Dupliciter. I. Si corpus earum alio fe-
ratur (uti fuit factum de Abacuh Dan. 14.
& D. Philippo Act. 8.) relicto tamen conſi-
mili corpore, ſed ficto. II. Si idem ſit cor-
pus earum ſic ſopitum per alienationem à
ſenſibus, & illorum ligationem.

Quæres X. Quotupliciter adhuc?

℞. Dupliciter. Et quidem primò: ligandò,
cum ſcilicet obſtruit vias, quibus à cerebro
ſpiritus ſenſitivi, ad exteriores ſenſus diffun-
duntur: ut evenit ſomniantibus. II. Solven-

do, cum ſcilicet eosdem ſpiritus ab exterio-
ribus ſenſibus ad interni ſenſus organa attra-
hit, ibique detinet, ne ad externos ſenſus ex-
teriores à proprio exercitio, ita ut corpus vi-
vum immobile, & inſenſibile, quaſi cadaver
appareat, aliò interim ejus figura per Dæmo-
nem aſportata, alias enim fieri nequit, ut vi
Dæmonis anima ſeparetur à corpore, & ad
idem regreſſum habeat.

Quæres XI. Utrùm maleficæ homines con-
vertere poſſint in jumenta?

℟. Affirmativè.: ita refert D. Auguſtinus l.
18. de civit. c. 18. ſe audiviſſe maleficas, quæ
dato quodam caſeo ab ipſis elaborato homi-
nes ſtatim converterunt in jumenta, quæ ne-
ceſſaria ferrent, & eosdem finito tempore in
homines reſtituerent. Quod de moribus in-
telligendum eſt, vel quod Dæmon homines il-
los ſuſtulerit, & ipſe cum aliis Dæmonibus
varias ferarum formas ſuſceperint, & porro
homines illos reſtituerint.

Quæres XII. An maleficæ poſſint celare
amuleta?

℟. Affirmativè, nempe illæ: quæ ope Dæ-
monis ingrediuntur domos alienas clauſas:
imo reliquias, roſaria, filum, forbices &c. in
aliquo loco obſtruſo, ſurripere capillos, un-
gues, fruſtula calligarum, vel veſtium, alia-
que parvi valloris, non tamen ſurripere poſſ-

ſunt

ſunt peccunias, gemmas, vel alia magni valoris.

Quæres XIII. Utrùm DEUS permittat Dæmonem poſſe peccunias transferre ex fundo maris, aut ex theſauro ſub nullius dominio, & poteſtate poſito?

℟. Negativè, tum quia eſſet maximum incentivum ad malum, tum: quia cum omnia obediant peccuniæ, totus ordo gubernationis civilis ſubverteretur, & Dæmon plures haberet ſubditos, & ſequaces ob peccuniarum cupidinem, quam omnes Principes, & Reges totius univerſi. Unde tales maleficæ fere omnes pauperes ſunt, abjectæ, & viles, & ſi à Dæmone reciperent peccunias, & ſcirent ſurreptas eſſe ab aliquo, tenerentur ad reſtitutionem, nec poſſent eas alienare, niſi conſtaret eſſe veras; quia cum Dæmon non poſſit furari alienas peccunias ſolet repræſentare varias figuras auri, argenti, & ex aëre condenſato, vel alia quævis materia cujuslibet rei figuram effingere, quæ tamen poſtea evaneſcunt, ſeu in carbones convertuntur.

Quæres XIV. Utrùm maleficæ à Dæmone dignas pœnas patiantur?

℟. Affirmativè, & quidem varios dolores tollerant, quibus à Dæmone, dum parcius nocent aſpere mulctantur, donec deveniant ad extremum vitæ, cujus eidem poteſtatem tribuunt, non rarò diſcrimen capitis adeunt

 dum

dum ejus juſſis impenſius obſequi ſtudent honoris, & amicitiæ jacturam faciunt, ne hactenus vitæ labentis infelicitate contentæ eandem cum Dæmone ſortem æternum ex perturas ſe recipiunt; & quoscunque po ſunt, ſtudent ſectæ ſuæ depravatione infice re, ſicut ſpoponderunt.

Quæres XV. Quomodo maleficæ cognoſ poſſint?

℟. Cognoſci poſſunt I. Ex propria con feſſione. II. Ex aliorum teſtimonio. III. E earum chirographis, aut ſtigmatibus. IV. E maleficiis apud eas inventis. V. Ex frequen ti Dæmonum invocatione. VI. Ex effect malefico inſecuto ad earum comminationem VII. Ex laſſitudine in eis relicta poſt lud die veneris, vel martis. VIII. Ex tædio ſe ſi gnandi ſigno S. Crucis. IX. Ex rara & nu quam integra confeſſione. X. Ex irriſion in elevatione S. Evchariſtiæ. XI. Si ficus m nu fabricent. XII. Si aqua luſtrali in introi Eccleſiæ non ſignentur. XIII. Si hædinis ca nibus non veſcantur. XIV. Si videantur oculis binæ pupillæ, vel forma buffonis, hi ci, equi, anquis, ſerpentis, lacertæ, felis cu livido ſigno, quod fronte, jugulo, dext vel ſiniſtra mamilla, pectore, humero, gen renibusque tanquam Dæmonis mancipioru caracterem recipiunt. Unde inclinant oc los ad terram, ne præfata ſigna videantu

X

XV. Si percuſſæ lethaliter non appareant vulnera, & ſigna mortis, ſignum enim eſt, Dæmonem impedire hujusmodi vulnera, & mortem, vel excipiendo ictus, juxta corpus earum, & frangendo impetum, vel impediendo ſanguinem è venis effluere, ut dicitur de malefica, quæ prope melunum impurè lupi formam aſſumens in hominum cæde bachatur, & ab ict bus inſequentium, à Dæmone erripitur, & de aliis, de quibus agit incognitus pag. 126. 218. & ſeq.

Quæres XVI. Si quæ ex maleficis forte alicujus Dæmonis pacto aut orata ad nefandas leges teneri ſe exiſtimaret, obligaturne?

℞. Negativè, & ſciat omnia hæc pacta ſua poteſtate poſſe frangi, & ad nihilum adſtringi, cum pacta non ſint mutua, ſed improportionata, & quod Dæmon pollicetur, præſtare non poſſit, ſaltem complete. Veniat ergo ad pœnitentiam, Deus namque valde miſericors eſt.

Quæres XVII. Quid faciendum ſi veniat?

℞. Confeſſarius inquirere debet. I. An tali ſuperſtitioni ſeſe addixerit ad ſanctitatis nomen conciliandum, quia eſt ſacrilega hypocriſis. II. An credat mundum, & ſingulas ejus partes eſſe animatas anima rationali, & earum animas eſſe Deos, & Deas, Dæmones eſſe omnipotentes, & præeſſe aſtris, & elementis, eſſe dignos adoratione, poſſe cogere

gere voluntatem, nec damnatos putet au
miſeros, ac proinde eorum ſequaces no
eſſe damnandos, aut ineſſe rebus ſacris vi
ad maleficia. Nam hæc eſt hæretica, & ex
communicata in Bulla Cænæ, quod ſi ſolu
malitia fuit voluntatis ſine ullo errore, con
tra fidem eſt crimen graviſſimum, non tame
eſt reſervatum. III. An Chriſtum, & Deum
abnegaverit renunciando Sacramentis, & ſi
eſt Apoſtaſia. IV. An Dæmonem colat u
Deum, & Dominum, & eſt indololatria. V.
An proferat blaſphemiam in Denm, & in San
ctos. VI. An admiſceat ſuis maleficiis Sacra
mentalia, & Sacramenta, & eſt ſacrilegium.
VII. An fuerit commixtio cum Dæmone, ſi
ve cum perſona obſeſſa. VIII. An damn
proximo intulerit.

Quæres XVIII. Quid tandem faciendum
℞. Curare poſtea debet. I. Ut pactum
expreſſum, ſi quod injerit cum Dæmone
aut comercium abjuret, & diſſolvat, pactum
autem videtur diſſolvi peragendo pœniten-
tiam patrati delicti, non tamen eſſe neceſſe
cogere Dæmonem ad reſtituendum chiro-
graphum, cum jam per pœnitentiam pactum
ſatis diſſolutum fuerit. At ſi apud malefi-
cam chirographum reperiatur, vel ejus exem-
plar, debet illud comburere, ſicut etiam li-
bros ſuos, ſchedas, ligaturas, aliaque inſtru-
menta malefica, tum ad deteſtationem cri-

mini

ninis, tum ad evitandum ſcandalum, cujus
ſſet cauſa, ſi talia apud ipſam invenirentur.
. Ut damna ex maleficio illata reſarciat: d quod proinde etiam adſtringitur Fiſcus, uando maleficæ bona confiſcantur, ſicut & æredes, ſi ad eos bona deveniant, imò ſi alefica maleficio Clericum occidat eſt irre-ularis, & excommunicata. cap. ſi quis. III. tudeat eam exhortari ad contritionem, & ræcipuè ad ſperandum de divina miſeri-ordia.

Quæres XIX. Qualis ſit pœna maleficarum?

℞. Quam plures enarrantur à Zecho p. 1. 22. de divinationibus, nulla tamen cenſu- incurritur, quæ lata ſit, niſi adjungatur ereſis, vel Apoſtaſia. Farin de hæreſi. q. 31. §. 4.

Quæres XX. Quorſum pertineant ſorti-gia?

℞. Quibus eſt hæreſis ſuſpicio, ad inqui-ores pertinent, at ſi non eſt hæreſis ſuſpi-o, ſunt mixti fori, & datur præventio. larus §. hæreſis n. 25.

Quæres XXI. Quali pœna ſubjiciantur te-ntes libros incantationum aut divinatio-m?

℞. Excommunicationi non reſervatæ im-ſitæ in indice librorum prohibitorum. §. n. 32. unde hujusmodi libri ordinariis, l inquiſitoribus ſunt tradendi.

QUÆ-

QUÆSTIO XVII.

Qui conjecturandi ſint eſſe magis diſpo-ſiti ad recipienda maleficia.

Quæres I. An Deus ordinariè permitt[a]t Dæmoni majorem poteſtatem in malos, quam in bonos?

℞. Affirmativè, quia illi meruerunt pecca-tis ſuis ſubjici Dæmoni, à quo enim quis ſu-paratus eſt, hujus, & ſervus eſt. 2. Petri 2. quare mali magis diſpoſiti ſunt ad morbos veneficos recipiendos, ab illis enim Deus ob peccata mortalia longinquior eſt, & non prohibens.

Quæres II. Quænam ſint peccata, propter quæ Deus permittit nos à Dæmonibus, maleficiis affligi?

℞. Etſi interdum ſolum ſit culpa origina-lis, ut narrat Beda in hiſtoria Anglorum, in-terdum ſint peccata actualia levia, ut obſer-vat Sulpitius, Severus 1. Dial. c. 14. corpora-liter traditos Sathanæ, & Viros ſanctos pro leviſſimis delictis, & allegat exemplum S. Vi-ri ſui ſæculi obſeſſi, à ſpiritu maligno, & i-rioſo ob motum vanitatis, quem ſenſit, non præbuit conſenſum, & Caſſianus Collat. c. 27. ait: ob aliquam impotentiam Abba-tem Moyſem vexatum fuiſſe à Dæmone, qu

cco

onſideratio dedit occaſionem D. Auguſtino
. 19. de civit. c. 4. aſſerendi; quid dicam de
is, qui Dæmonum patiuntur incurſus? quis
onfidit hoc malum evenire non poſſe ſapien-
i in hac vita? imo interdum iſte morbus ac-
idit absque aliqua occaſione peccati appa-
entis in perſona, ut in infantibus baptizatis.
Nihilominus ſunt communiter gravia, & fere
unt ſequentia. I. Infidelitas ex D. Cypria-
o l. 4. Epiſt. 17. II. Indigna Sacramento-
um ſumptio, ex eodem ſerm. de lapſis. III.
ſt execratio, quando ſcilicet quis ex mini-
na ſubinde occaſione, ſeu adverſitate abla-
a ſe, aut filios ſuos, aut alios Dæmoni de-
ovet, tunc enim juſto Dei judicio evenit ma-
um, quod imprecatur, cujus rei hiſtorias pe-
ere licet ex Cæſario l. 5. c. 11. 12. & 26.
V. odium, & invidentia, ob hanc cauſam Saul
gitatus fuit 1. Reg. c. 16. V. ſuperbia hac
atione multi arbitrantur à Dæmone fuiſſe
ementatum Regem Nabuchodonoſor Dan.
. 4. VI. Libido hinc 7. mariti Saræ fue-
unt occiſi ab Aſmodæo Tob. 6. illa filia te-
e Proſpero l. de dimidio temp. c. 6. fuit
bſeſſa ob aſpectum impudicum jaculatum in
eneris imaginem. Et illa Romana de qua
cribit Tertul l. de ſpectaculis c. 26. theatrum
diit, & indè cum Dæmone rediit. VII. Ni-
ia curioſitas, quæ cum maximè vigeat in
œminis, quæ impudenter appetunt ſcire,
quod

quod ſcire non convenit, ideo plures fœminæ maleficæ ſunt quam viri.

Quæres III. Cur plures dentur fœminæ maleficæ quam viri ?

℞. Communiter ab authoribus aſſignantur ſequentes, quarum Prima, quia mulieres ſunt pronæ ad credendum, cum non habeant magnam experientiam. Unde à Diabolo facile decipiuntur, juxta illud : qui facile credit, facile decipitur.

Secunda. Quia à natura fœminæ ſunt mollioris complexionis, quæ cauſa efficit, ut facilius impreſſiones à ſpiritibus capiant, & ſicut quando à bonis ſpiritibus inſtruuntur, reguntur, valde bonæ & devotæ redduntur. Ita quando Dæmonum ſuggeſtionibus conſenſum præbent peſſimæ fiunt, ita ut non ſit malitia, ſuper nequitiam muleris.

Tertia. Quia mulieres ſunt curioſæ, & appetunt ſcire, quæ eis non conveniunt. Curioſitas autem magna eſt diſpoſitio ad ſuperſtitiones, & maleficia, & cum hic ſexus ſit ſimplex, Dæmon ſub ſpecie recti ſæpe fœminas decipit.

Quarta. Quia major eſt fragilitas ad cauſum in ſexu muliebri, ex natura ſexus, quare Dæmon ſtatim in principio primæ mulieri inſidiabatur, & eam ad peccatum pertraxit.

Quinta. Quia hic ſexus ſi iram aut odium adverſus aliquem concipiat, vehementiſſime

iraſci-

raſcitur, & ſe vindicare determinat: cum
utem ſit imbecillis & vana ſit ſine viribus ira,
Dæmon data oportunitate offert vindicandi
modos, & auxilium pollicetur.

Sexta. Quia fœminæ ſunt puſillanimes, &
uando in triſtitiam, aut deſolationem ca-
unt, non facile ſe expediunt, ſed diu iu pu-
llanimitate triſtitiaque remanent. Occurrit
Dæmon, occaſionem perſcrutatur, tentat, &
epe vincit.

Septima. Quia lubricam habent linguam,
ſic ſi quas malas norunt artes, conſorti-
us cito revelant, quibus ſine difficultate per-
adent, ut idem ſapiant ſecum, non conſi-
erantes, quis rei exitus ſit futurus.

Quæres. IV. An Deus defendat homines à
æmonibus?

℞. Affirmativè, bonos & amicos ſuos, vel
terius per gratiam, vel extetius per cuſto-
iam Angelorum, & dat vim potius eos con-
alcandi, & ſi quid mali permittit, id amo-
s virtute agit, ad eos exercendos, & ad eis
ajora proemia largiendum ut patet c. 1. 2.
ob. 12. Tobiæ 2. cor. multaque exempla
abes apud Marcum Marulum. l. 5.

Quæres V. Quos præcipuè vexent Dæmo-
es?

℞. Teſte experientia melancholicos, ut-
ote qui ſunt magis diſpoſiti ad hujusmodi
aleficas affectiones. Ratio eſt. I. Quia hic

humor melancholicus habet ſymbolcitate[m]
cum Dæmone, cum difficile eradicetur, qu[i]
ex ſui natura præ cæteris ſuperbus, invin[ci]-
bilis, & rebellis redditur medicamentis.
Quia eſt aptior ad ſæviora, & incurabi[li]
ſymptomata movenda. Nam ſi ſupra modu[m]
exuſtus, & verſetur circa ſubſtantiam,
membranas cerebri, furorem procreat.
non aduſtus melancholiam, quæ occupat p[o]-
tentias principales, & nobiliores, ut mente[m]
obſcurat intellectum, & memoriam, turb[at]
rationem, & judicium, unde ſi vexatus,
Deo, & ſui ipſius cognitione decedit, &
ea, quæ ad ſalutem ſpectant, fit piger & i[m]-
memor. III. Quia hic humor Dæmonis n[a]-
turæ ſedes congrua eſt ob ſuam amaritu[di]-
nem, triſtitiam, obſcuritatem, & turbulentia[m].
IV. Quia in dictis naturalibus ſymptoma[ti]-
bus Dæmon ſæpe ſe ocultare ſolet. Idq[ue]
quia in dictís morbis ſolent concurrere
gna, & accidentia ſimilia, quæ & ipſe D[æ]-
mon facere ſolet, & ſic exorciſta ſolet d[u]-
bitare, an morbus ſit magicus, vel naturali[s],
& fallitur: unde Dæmon plerumque non c[o]-
gnita ab exorciſta ejus aſtutia, impune p[er]-
ſeverat.

Quæres VI. An pueri ſint maleficiis ſu[b]-
diti?

℞. Affirmativè. Si autem ſunt baptiza[ti]
beati moriuntur; ſi non baptizati, grav[i]

c offenditur ab illis maleficis DEUS, & æmoni magis arridetur.

Quæres VII. Cur pueros malefici petant?

℞. Quia pueri ſimplices, imbecilliores ad ſiſtendum extant, incautiores ad cavenım, impotentes earum conatum depræhenendi, revelandi, aut cauſandi. Tum quia : his infantium partibus conficiunt inſtruenta ſuis transmutationibus, & artibus acommodata: tum ut eorum caro in caldario ɔcta, & ab oſſibus ſeparata ſorbilis evadat, : qua plurima unquenta pro unctione maficorum & maleficandorum componunt, ıæ verò ſuperfuerint, paucis additis Cæreoniis ſectæ eorum fit conſcius, non vi taen illius unquenti, ſed interna locutione ſuggeſtione Dæmonis.

QUÆSTIO XVIII.

De ſignis magicorum morborum, & obſeſſorum.

Quæres I. Quid ſit ſignum?

℞. Eſt id: quo cognito aliud, quod ignoım nobis erat, depræhenditur. Hinc mediina practica dicitur ars conjecturalis, cum ndigeat ſignis, ad ocultarum affectionum, eu internorum morborum cognitionem, ɔropterea major ſignorum diligentia in ma-

 gnis

gnis morbis requiritur, cum ſpeculandum de malo tegendo à calido Dæmone hom inimico illato. Tum quia morbi hiſterii epileptici, appoplectici, tetani, aliæque co vulſiones phreneticæ, maniacæ, inſanæ, m lancholicæ, hipocondriacæ ſigna commu cum magicis affectionibus habent.

Quæres II. Quotuplicia ſint ſigna?

℞. Multiplicia: aliqua ſunt ſalubria, im lubria, & neutra, & quædam dignoſtic prognoſtica, atque commemorativa, nec n quædam antecedentia, aſſidentia, ac pat gnomonica. Omnia tamen ſigna deſumu tur à cauſis prægreſſis, à morbo product & ab iis, quæ neceſſariò morbum ſubſequu tur, & actiones læſæ, excreta, retenta, qu litatesque mutatæ; ideo Hipp. 1. de ſan. 1, & l. de parti. med. 7. docet; impoſſib eſt effectum præter naturam latentem curar niſi ex evidentibus ſignis, in cujus cogniti nem prius deveniamus.

QUÆSTIO XIX.

De ſignis maleficiatorum.

Quæres I. Unde habeantur ſigna morbi m gici?

℞. A cauſis prægreſſis; ut ſi talis morb

inſſ

ſequatur ad comminationem ſuſpectæ veſicæ ira obcæcatæ.

Quæres II. Quomodo cognoſcatur maleſium per interius?

℞. Si quid ab aliquo manducatum, vel tatum ſit oblatum, vel donatum, vel paran ab aliqua; ſi in edendo advertiſſet de quo, vel pulvere, vel liquore miſto, ſi in edendum aliquis timor per oſſa cucurriſ, vel guſtu aliquid mali ſaporis, vel nimis lcis, vel ſtomacoſi, vel aliquid aliud obvatum eſſet, ſi in ſomnis aliqua velut um obumbraſſet, ſi aliqua horribilis figura minis mala morte extincti, vel bruti, per, vel nares viſa eſſet, ceu ingredi, & terron inferre: ſi per inteſtina, per ventrem, artus tunc ſenſiſſiet flatus, vel ſpiritus, ſicuti ſerpentes vagantes, doloremque erentes.

Quæres III. Quæ ſint conjecturæ externæ rægreſſis?

℞. A prægreſſis & difficilioris conjecturæ t, ut ſi ſuper egrediens aliquem locum ſus obtuſos, vel cito. Ceu à fulgore oſſa, nervos diffringi percepiſſet, vel meſtus, ac paveat.

Quæres IV. Quomodo ſumatur à morbo oducto?

℞. A morbo producto ſumuntur multa ſi. I. Si appareant ſymptomata impropor-

tionata, & extrema, cum Dæmon aufug
mediocritatem. II. Si arte medica nec c
gnoſci, nec curari poſſint ex interna mali
Dæmonis. III. Aliqui ſuſpiria luctuoſa c
tremore, mærore absque occaſione em
tunt. IV. Alii etſi graviſſimè doleant,
qua tamen parte doleant, nequeunt refe
V. Alii cibos peſſimos appetunt, & ſu
bonis nauſeantur. VI. Alii cibos renuu
appetitusque dejicitur, ventriculumque
bent ponderoſum, etiam poſt medicas e
cuationes. VII. Alii habent os adſtrictu
ut deglutire minimè queant. VIII. Alii ſ
tiunt motus ad inſtar ranarum, vermiu
fornicarum, aut ſerpentium ad orificium
machi. IX. Alii per œzophagum rem qu
dam aſcendere & deſcendere obſervant,
dicis judicantibus eſſe flatum craſſum.
Alii punctionibus in corde moleſtantur,
ut laniari affirment. XI. Alii habent pu
tionem & quaſi tremorem circa collum
aliquando circa frontem, & ſupercilia,
non habent, hoc ſignum ad imperium Ex
ciſtæ Dæmon illud facilius exhibebit, q
alia ſigna. Nam ſicut delinquens repe
in flagranti palpitationem circa cor ce
nequit, ita Dæmon repertus ab exorciſta
fragranti delicto injuſtæ vexationis, il
pulſationem circa collum cælare non po
XII. Alii colli, ſeu renum, tum acerbiſſi
in

nferioris ventris torſionibus corripiuntur. XIII. Aliqui circa articulos ſpiritus quosdam ſentiunt, & ſæpe flatum quendam, vel frigidum, vel igneum per ventrem permeantem, & cito redeuntem percipiunt. XIV. Alii particulas corporis, vel fractas, vel nexibus ligatas habere videntur. XV. Alii ſudoribus fætidis, & ſine tollerantia circa noctem etiam frigidiſſimam leviter, & particulariter ſcaturiunt. XVI. Alii habent colorem cinericium, ſeu flavum in tota cute, ſed ut plurimùm in facie. XVII. Alii habent oculorum palpebras, & dentes ita adſtrictos, ut eos vix aperire poſſint. XVIII. Alii cum instrumenta malefica comburuntur, vel accedit aliqua ſaga, magis vexantur. XIX. Alii affliguntur diverſis morborum generibus inconſtantibus, & raro periodos ſervantibus.

QUÆSTIO XX.

De ſignis Dæmoniacorum.

Quæres I. Qualia nam ſint ſigna Dæmoniacorum?

℞. Eſſe varia. I. Eſt: alii ſe ipſos pugnis percutiunt, veſtes, & capillos lacerant, ſtrident dentibus, & ſpumant, ſtridores ad cœlum mittunt, canunt, cantu reſpondent, imitantur animalium voces, ſonus, & cantus, atque

atque in cachinnum diſſolvuntur. II. Alii ha-
hent horribiles vultus, & oculos. III. Alii
membrorum ſtuporem. IV. Alii ſummam
inquietudinem. V. Alii motum formicarum
ſub cute reptantium. VI. Alii palpitationem
in illis partibus, qnas Dæmon petit. VII.
Alii unam vel plures veſiculas in linqua, quæ
ſtatim evaneſcunt. VIII. Alii moleſtantur
tumefactione gulæ, vel excitatione ſiccæ
thuſſiculæ, vel ingenti oris hiatu, vel nimia
ſiti, vel linguæ extractione, vel inflatione.
IX. Alii audiunt vocem cujusdam intrà ſe
ipſos perſvadentis ad præcipitium, vel ſu-
ſpendium, vel jugulationem, vel quid ſimile,
& non meminerunt quid egerint, vel dixe-
rint, ſignum evidens compulſos fuiſſe ad lo-
quendum non proprios, ſed Dæmonis ipſius
conceptus. X. Alii abſtinent à cibo & po-
tu ſeptem, vel pluribus diebus. XI. Alii
ſunt fatui, ſomnolenti, trepidantes, ſtupidi,
cæci, claudi, ſurdi, muti, lunatici, febrici-
tantes, & ferè immobiles, & ſi interrogati
vel irracundè reſpondent vel gratis. XII.
Alii patiuntur terrores repentinos, vel con-
turbationes, vel conſtructionem, vel perfo-
rationem cerebri. XIII. Alii ſentiunt infla-
mationem totius corporis, ac præſertim ca-
pitis, ac ſi eſſet ignis vapor in ipſis. XIV.
Alii conſtructionem gutturis. XV. Alii mo-
tum cujusdam rei ad inſtar pilæ, ſeu boli,
ſeu

eu vermium, formicarum, aut ranarum in
re ſtomachi. XVI. Alii cibum ſumptum
er vomitum emittunt. XVII. Alii torquen-
ır tortura in viſceribus vel inflatione ven-
ris, vel conſtrictione, vulneratione, corro-
one, & dilaceratione cordis, vel oris ven-
iculi, vel renum. XVIII. Alii experiuntur
cendere, & deſcendere bolum in œſopha-
o, & indigeſtionem cibi. XIX. alii op-
imuntur ploratu, ſingultu, triſtitia, turbu-
ntia, contentionibus, & odio ac fuga ab
ominum converſatione, absque ulla cauſa.
X. Alii impediuntur in vena generationis.

Quæres I. Quomodo cognoſcatur Dæmo-
s exiſtentia obſidente vel cauſante magi-
m morbum?

℞. Signa hæc ſunt verè infallibilia. Ut
n arceantur à divino cultu, ita ut Eccleſiam,
uam luſtralem, faciem Sacerdotis, vel pii
ri, aliaque remedia ſacra fugiant, & inſpi-
e nequeant, ac album oculorum variis
dis mutent, ſtare loco neſciant, vel grave
ndus, vel ignem, vel gelu, vel formicare,
obdormiſcere, ſudare partem ſentiant,
tremant, aut aliquam aliam mutationem
cipiant, eosdem ferè effectus cauſat ma-
Sacerdotis ſe ſola, vel liniamenta ſacra
licans cordi, aut capiti; hæc & alia poſ-
t efficere ſigna. Potiſſima verò ſunt quan-
utuntur variis linguis, ſive aliqua ſcien-

 tia,

tia, quas nunquam didicerunt, vel vaticinan
tur de rebus incognitis, longeque factis, ve
multis hominum viribus dimoveri loco no
poſſint.

Quæres III. An quædam ex his ſignis etiam
concurrant in dæmoniaco maleficiato,
quædam in ſimpliciter maleficiato?

℞. Affirmativè: neque neceſſe eſt pro mo
bo magico omnia dicta ſigna eſſe obſervan
da, ſed ſufficiunt ex enarratis aliqua eſſe
tialia, prout ſpecies maleficii toti individuo
vel alicui membro noxam affert.

QUÆSTIO XXI.

De ſignis recuperatæ ſanitatis.

Quæres I. Quot ſint ſigna recuperatæ ſan
tatis?

℞. Hujusmodi ſigna ſunt novem. I.
Dæmon fugiens dat ſignum ſupernaturale
exorciſta ſibi aſſignatum, II. Exit per
nares, vel aures ad inſtar flamæ igneæ,
venti frigidiſſimi, vel alicujus beſtiæ Apoc
16. III. vel exilit ſtatim, vel evaneſcit gra
tim. IV. Per inteſtina circumit in ſimil
dinem pilæ, donec exeat per ſeceſſum.
Evomit non ſolùm humores melancholic
ſed etiam capillos, oſſa &c. in quibus plerı
que illuſio eſſe poteſt, vel potuit Dæmon

im

inferre in ſtomachum, & in eductione celerimmè dividere, & iterum reunire. VI. Relinquit hominem uti mortuum, Marc. 9. VII. Recedit per nares in ſimilitudinem guttæ ſanguinis in terram defluentis. VIII. Ante diſceſſum violeutius, & fortius vexatum, ſacerdotem, domus perturbare ſolet. IX. Obſeſſus functiones omnes naturales exercet, exoneratus tanquam à Sarcina relinquitur, ac cum quadam lætitia petit res ſacras audire, delectaturque precibus, concionibus, aliiſque diſcurſibus, & hiſtoriis. Fateor tamen ex hac ſignorum traditione non adſtrictum eſſe Dæmonem ad non redeundum, ſed ſi non redeat, eſt, quia non vult, aut ex aliqua alia cauſa cum cogente, ſecuriores tamen nos reddit de ſuo diſceſſu & non reditu.

QUÆSTIO XXII.

De magicorum affectionum præſagio.

Quæres I. Quomodo medicus magicam affectionem præcognoſcere poſſit?

℟. Totam ſuam prognoſim collocare debet in conſideratione luctæ inter naturam, cum ſuis facultatibus, & morbum cum ſuis ſymptomatibus, ut dum præliantes inſpexerit alterum altero uſibus robuſtiorem majorem

rem victoriam reportaturum judicet. Gal. 6. epid. c. 5. Tom. 2. Sicut in luctantibus quandoque accidit fallere prognoſticum de victoria parta, non tam ob luctantis robur, quam pro incognitæ artis gymnaſticæ malitia, ita aliquando evenit in morbis polimpolis, ſimulantibus vitio, aut augmento abeſſe robur, cum poſtea improvisè colligant ſeſe ad exitium intentandum, vel utrumque ſimul fingentes incogitatam victoriam conſequuntur. Quæ cum ritè etiam in ocultiſſimo Viro obſervari nequeant, cum omnis homo mendax, judicia Dei imperſcrutabilia, idcirco ſæpe occurrunt in medica praxi mendacia, ac proinde multa falſiora, & magis irrita prognoſtica fieri poſſunt in magicis morbis, non ſolùm, quia transcendunt ordinem naturæ, ſed etiam quia tripudiat ſuo modo Pater mendacii in hoc ut aberremus. Experientia conſtat eodem modo magico morbo duos fratres eodem tempore correptos, quibus adhibita ſunt remedia æqualia, absque vitalis virtutis impulſibus, veſtigiis, gelidis, lividisque corporis extremis, ſpiramine crebro, & aſſiſtentibus peritis medicis, uterque jam moriturus judicatus fuit; cum deinde appenſis ſuper utrumque ſacris amuletis, ſanctorum reliquiis, à pio exorciſta lectis exorciſmis cum aſperſione aquæ benedictæ, in uno virtus ocultata apparuit, & cum natura-

li ſpi-

li ſpiritu calor nativus revocatus eſt, alter vero obiit: quid prognoſtici dicas in fortibus apoplecticis magicis paulo poſt tempore veræ ſanitatis? cum ſolvere apoplexiam fortem impoſſibile. Quid in febribus nullas periodos ſervantibus, & malignis.

Quæres II. Quomodo curentur energumeni?

℞. Facilius curantur exorciſmis, jejunio, & oratione, exorantibus Sanctis illis, quibus datum fuit in vita Dæmones ejicere, & qui ſuper cœleſtes ſedes hujusmodi Dæmonum moleſtantium regnant, quam aliis rebus.

Quæres III. An ſimpliciter Dæmoniacus facilius curetur, ſimpliciter verò maleficiatus dificilius, quam Dæmoniacus ſimul & maleficiatus?

℞. Affirmativè. Ratio eſt: eo quod Dæmones quando adjurantur in ſimpliciter maleficiato non remanent aſſiſtentes circa corpus illius, ſed abeunt, ut fugiant adjurationem. Propterea in principio adjurationis exorciſta debet illis præcipere, ne diſcedant, ſed audiant quamvis inviti omnia præcepta facienda ex parte Dei, & Eccleſiæ.

Quæres IV. An etiam his propulſentur magni ſpiritus?

℞. Affirmativè. Sed aliqui difficilius expellunt: at qui illi? non ſuperiorum tantùm, non plus vexanres tantùm, non quibus data

cauſa

cauſa homines ingrediendi, non qui diutius in hominibus fuerunt, non qui ſunt aquei & terreſtres, non qui ſunt in ſubjecto phlegmatico, melancholico, delictisque maculato. Sed lunatici ſive ſurdi, & muti, non quia robuſtiores ſunt, ſed quia Deo permittente plus poſſunt.

Quæres V. Quare dicantur muti?

℞. Quia reddunt obſeſſos mutos, vel quia Deus voluit eſſe mutos, quia auſi ſunt in ipſum inferre blaſphemias, & à plerisque cenſentur eſſe 8000. legiones.

Quæres VI. An maleficia minus ſint noxia quæ non fiunt intrà ſed extra inteſtina?

℞. Affirmativè, ſive applicentur per nudas incantationes, ſive per ligaturas, ſive per extrinſecum contactum.

Quæres VII. An ea maleficia ſint ſceleſtiora, ac per dificilioris curationis, ad qua concurrit ſolemnius pactum?

℞. Affirmativè, quia in his potentior Dæmon adſtipulatur. De morbo magico idem prognoſticandum eſt, quod quando non manifeſtantur, vel applicatis & ritè adhibitis remediis non ſanantur, ſunt incurabiles, ii permittente Deo. Econtra cum divinis remediis minorari, cædi, manifeſtari videntur, tum malefica inſtrumenta evomi, vel dejici, aut externa inventa ſunt, & concremata la-

qu

quores, doloresque ceſsârunt, prognoſti-
cum eſt recuperatæ ſanitatis.

QUÆSTIO XXIII.

De curatione magicorum morborum.

Quæres. Unde ſumatur indicatio curatio-
nis horum morborum?

℟. Sumitur ex idea, & materia morbi per contraria, ſi volumus uti methodo 6. Meta. Quare cum non ſanemus morbum in communi, ſed ut ait Gale. 2. Met. 6. totidem ſunt morborum reddendi rationes, quot ſunt ideæ morborum, ideo ſuppoſita morbi idea, quod conſiſtat in lædendo ocultis rebus, quibus etſi noxa infertur; vel propria vi, vel virtute Dæmonis, vel naturalibus applicatis, ſemper tamen nobis incognita exiſtant, oritur indicatio tollendi talem leſionem ex vi occulta remediis, quæ cum tria aſſignari ſoleant. Superſtitioſa, naturalia, & ſupernaturalia, ſeorſim agemus.

QUÆSTIO XXIV.

De remediis ſuperſtitioſis cognoſcendis, & evitandis.

De ſuperſtitione.

Quæres I. Unde dicatur ſuperſtitio?

℟. Su-

℟. Superſtitio, quæ à nimio hominum ti-more, quo Deos ſuperne ſuperſtantes time-bant, dicta eſt.

Quæres II. Quomodo definiatur?

℟. Definitur eſſe vitium, quod religioni opponitur, ſecundum exceſſum, in quantum divinum cultum exhibet, vel cui non debet, vel eo modo, quo non debet. Ratio eſt, quia omnis virtus moralis conſiſtit in medio.

Quæres III. Quotuplex ſit in univerſum?

℟. Uuna, qua cultus indebitus tribuitur Deo, & hic eſt duplex: falſus, & ſuperfluus.

Quæres IV. Quid ſit cultus falſus?

℟. Si quis Deo nunc vellet offerre ſacrificia veteris legis, vel reliquias, miracula, hiſtorias, revelationes falſas ſupponat pro veris ad faciendum lucrum, ſive ad decipiendum alios, vel ſacrificet, vel audiat confeſſiones, etſi non ſit ſacerdos, vel formam, vel materiam Sacramentorum mutet, vel divino officio admiſceat turpia, vel aliqua alia obſervanda, tanquam ejus partem ab Eccleſia ad Dei cultum præſcriptam. Et hujusmodi licet ex genere ſuo ſint peccata mortalia; committitur enim mendacium pernitioſum in cultu divino cum notabili irreverentia erga Deum, ſæpe tamen excuſantur ignorantia vel ſimplicitate.

Quæres V. Quid ſit ſuperfluus cultus?

℟. Qui perficitur cæremoniis, qûæ ſunt

pra

præter conſvetudinem communem, vel Ec-
leſiæ inſtitutionem, nec referuntur ad glo-
iam Dei, nec ei ſe ſubjiciendo, nec ad car-
ıem frænandam. v. g. ſi quis velit devotio-
ıis gratia plures genuflexiones, vel cruces fa-
ere, vel Alleluja pluries dicere contra ru-
ricas: vel orat ante ſolis ortum, tanquam
oc melius ſit, aut mavult Sacrum Sacerdo-
is, qui vocetur Joannes, vel qui habeat ſta-
ıram Chriſti, cum certo numero, ſitu, or-
ine cereorum, cum planeta potius albi,
uam flavi coloris: aut jejunet die Domini-
o, cum non jejunat aliis diebus.

Quæres VI. Utrùm hæc ſi bona intentione
ant, ſint peccata mortalia?

℞. Negativè, ſed ut plurimùm eſſe venia-
a, niſi contemptus accedat, quia eſt mate-
ia levis, & actio ex ſe non mala eſſet, ut ſi
em furtivam offerat, turpia in Eccleſia ca-
at, ote, vel organo, notabiliter profana,
el ad impuritatem provocante voce utatur,
ſt culpa vere lethalis.

Quæres VII. Quæ ſit altera ſuperſtitio?

℞. Qua cultus Deo debitus, creaturæ tri-
uitur: & hæc in idololatriam, divinationem,
anam obſervantiam, ad quam magia, male-
cium, & incantatio, vel reducuntur, vel
uartam ſpeciem conſtituunt.

QUÆSTIO XXV.

De Idololatria.

Quæres I. Quid ſit idololatria?

℞. Eſt honor divinus exhibitus creaturæ repræſentatæ per aliquam effigiem, quæ nuncupatur idolum.

Quæres II. Quot ſint actus in ea?

℞. Tres: I. Exiſtimatio divinitatis. II. Affectus reverentiæ tanquam ſupremo numini. III. Externum ſignum, quo interior opinio, & ſubmiſſio ſignificetur, ut ſacrificium, genuflexio, ſuffitus, capitis inclinatio.

Quæres III. Quotuplex ſit?

℞. Triplex: I. ſumitur ex infidelitate, ut cum quis adorat idolum, quod putat, & credit eſſe Deum. Et hic ſi eſt baptizatus, eſt verè hæreticus, & ſubjicitur excommunicationi Bullæ Cœna, etſi nihil ore pronuntiet, ſed ſolùm ſigno externo idolum colat, hoc enim ſatis oſtendit internam hæreſim. II. Vel ex odio Dei, vel ex affectu voluntarii aliquid à Dæmone aliave creatura obtinendi, ipſi quaſi Deo honorem tribuit, etſi mentis infidelitas abſit, ut accidit aliquando in ſagis, & his, qui ut ethnica potiantur illicitè adorant idolum. III. Ex metu mortis ſine intellectus errore, & affectu colendi creaturam

III

ıt Deum. Graviſſima harum trium eſt prima, non ita gravis ſecunda, & minus gravis ertia, ſecunda & tertia erunt ſolum ſacrilegium contra Religionem, ſive hic cultus ſit xplicitus, ſive implicitus, modo ſcienter ſit oluntas, & utraque habet anexam excommunicationem in Bulla Cœnæ in foro externo, quia hi ſemper ſunt vehementer ſuſpecti e hæreſi. Etiamſi in foro interno, ſi abſit æreſis non ſubjiciantur excommunicationi.

Quæres IV. Quotuplex ſit ejus origo?

℞. Triplex: Ignorantia veri Dei, prava ominum diſpoſitio, quoad pronitatem ad ultum Idolorum, & deceptio Dæmonum, ui cultum uni Deo debitum ſupremum ſibi rrogaverat idolis, fallendo homines præſtiiis, reſponſis oraculorum deludendo, & aliua mira faciendo, ut ait Maignanus Philoſ. acr. c. I. p. I. prop. 6. & 8.

Quæres V. Quinam fuerint primi auctores ıujus mali apud homines?

℞. Iſmael, Nembroth vel Ninus, ſap. 14. pud Hæbreos, apud Græcos Prometeus.

Quæres VI. Si quis Dæmonem in Angelum ıcis transfiguratum, bona fide & ignoranter doraret an peccaret?

℞. Negativè, quia ignorantia non peccat.

Quæres VII. Quot modis apparitio Dæmonis præcipuè diſcerni poſſit?

℞. Octo modis. I. Si ad præſentiam re-

rum ſacrarum diffugiat, vel hæc ſancta im-
probet. II. Si falſam cauſam ſuæ apparatio-
ni prætendat, ut ſi dicat, ſe redire imperii
alicujus magi, vel ut aliqua manifeſtet curi-
oſa, vel noxia. III. Si narret aliqua contra
Eccleſiam vel mores. IV. Si ſua oratione
excitet mentem noſtram ad ſuperbiam. V.
Si blandè accedat, porro relinquat mærco-
rem, & deſolationem. VI. Si rem non pa-
tiatur tractari cum ſuo Superiore, ſeu Con-
feſſario. VII. Si in effigie terrea, ſive abje-
cta appareat. VIII. Si poſt auxilium præ-
ſtitum, quod petebatur, denuo redeat.

QUÆSTIO XXVI.

De Divinatione.

Quæres I. Quid ſit divinatio?

℟. Divinatio dicitur enuntiatio inordina-
ta eorum, quæ naturaliter ſunt incognoſci-
bilia, ut ſunt, quæ à ſola divina vel humana
voluntate pendent, vel futura contingentia,
aut alia oculta, quæ quidem nec Dæmon cer-
to ſcire poteſt. Si autem res ſint tales, quas
ſolus Deus ſcire poteſt, involvitur tacita ido-
lolatria, quod Dæmoni deferatur cultus di-
vinus: ſecus ſi ſint tales, quas Dæmon natu-
raliter ſcire poteſt, eſt tamen illicita, ob ſo-
cietatem cum Dei jurato hoſte.

Quæ-

Quæres II. Quotuplex ſit?

℞. Duplex: una per expreſſum pactum
um Dæmone, altera per implicitum, de qui-
us pactis jam egimus. Expreſſe cenſentur
ivocare, ſeu inire pactum cum Dæmone,
ui vel verbis eum invocat, vel ſaltem facto
iquid uſurpat, per quod ſcit aut credit Dæ-
onem concurrere, & multis modis concur-
t. I. Per fictas apparentias, & figuras, &
ocatur præſtigium, eo quod oculi præſtrin-
antur. II. Per ſomnia, & dicitur oniroman-
a. III. Per fictas mortuorum ſuſcitationes,
locutiones, & eſt Necromantia. IV. Per
vos & arreptitios homines, pythones, &
ppellatur deomantia. V. Per figuras & ſi-
a terreſtria, & tunc ex diverſitate materiæ
u medii ſortita eſt varia nomina. Hinc ſi
t in materia terreſtri, ut unque, ferro, ſive
pide, nuncupatur Geomantia: Si in aqua
ydromantia. Si in aëre Aeromantia: ſi in
ne Pyromantia: ſi in inteſtinis animalium
uſpicium: ſi in victimis humanis, Antro-
omantia: ſi in piſcibus. Jchtochyomantia:
in Gallo gallinaceo certa grana comme-
nte, litteris quantumcunque ſuppoſitis
etrajomantia: ſi in vino victimis injecto va-
oque motu & calore. Vinomantia: ſi in
mo è granis papaveris in prunas injectis
iſſo, Capuomantia: ſi in fumo ex thure
halato, Libanomantia: ſi in oleo, & fuli-

gine in unquem effuſam, Onymantia: ſi in
fuſæ ceræ guttulis in aquam decidentibus
Ceromantia: ſi in ſalvia, & foliis ficuum, Be
tonomantia: ſi in farre, libo &c. Crithoman
tia, & Aleumantia; ſi in ovis, Ooſcopia:
ſecuri, forcipe, cribro & ſimilibus Coſcino
mantia, ſeu Axinomantia: ſi in annulis, Da
ctilomantia: ſi per evocationem Dæmon
ex pelvi aqua plena, capillis prius, & lamin
injectis, Lecanomantia: ſi in Cryſtallo, Cry
ſtallomantia: Merſennus in Gen. c. 1. v.
ratione 23. his ergo & ſimilibus modis vell
advertenter cognoſcere oculta, eſt peccatum
mortiferum ex genere ſuo, nec excuſat pa
vitas materiæ, nec ignorantia, nam qu
ignorat non licere comercium habere cum
Dei infenſiſſimo hoſte.

Quæres III. Divinatio, in qua ſolùm eſt in
vocatio, vel pactum implicitum, ad quod re
quiritur, ut cognitio acquiratur per medium
de ſe inutile ſine divino auxilio quales ha
beat ſpecies?

℞. Varias: nam poteſt eſſe per ſignum
Aſtrorum & dicitur Aſtrologia: vel per ga
ritum avium, & animalium, & appellatur au
gurium: vel per volatum earundem avium
& vocatur aviſpicium: vel per verba caſu a
aliquo prolata, & nuncupatur, omen: vel pe
inſpectionem ſolam hominum aut animaliu
& dicitur Zooſcopia, & Phyſiognomia, qu
fu

ubdividitur in Metopoſcopiam, qua ex vul-
us, frontiſque obſervatione; & Chiroman-
ia, quæ ex venæ ſectionibus de morbo, vi-
a, ſanitate præſagiunt: vel per ſortes divi-
atorias ſortilegium.

Quæres IV. An omnes divinandi modi in genere moris ſint ejusdem ſpeciei?

℞. Affirmativè, & patet in furto auri, & rgenti &c. nec ſpecialem includunt mali-iam: & per conſequens in confeſſione non ſt explicandum an divinatio ſit facta per ërem, per ſpecula &c. bene tamen an facta it cum tacita, ſive expreſſa invocatione, ſi-uidem etſi hæc ſolum differant ſicut perfe-tum, & imperfectum intra eandem ſpeciem, otabiliter tamen mutant judicium Confeſſa-ii, cum pactum expreſſum conjunctam ple-umque habeat hæreſim, aut adorationem Dæmonis, aut alia peccata.

Quæres V. Quid requiratur ad pactum im-plicitum?

℞. Sufficit ut homo ſerio hæc ſigna adhi-eat ad oculta ſpeculanda, etiamſi non in-endat expreſsè Dæmonem invocare, & pro-eſtetur ſe nullum cum Dæmone comercium elle. Cnm enim eorum ſolus Dæmon au-ctor ſit hoc ipſo ab eo vult doceri, ejusque doctrinam ſequi, quod intrinſece malum eſt, cum per ea id petatur à Dæmone, quod pro-prium eſt Dei, neque requiritur ut Dæmon

aliquod antea pactum cum ipſo inierît con-
currendi cum eo, qui hujusmodi ſignis uſu-
fuerit: cum enim hæc media ſint inutilia ad
divinandum, eo ipſo quo quis ſerio tales
vanitates adhibet, Dæmonem tacitè invoca-
re videtur.

Quod procedit, quamvis talia media uti-
lia putet, eo quod per experientias ei conſtet
ita ſucceſſiſſe.

Quæres VI. An divinatio quandoque ex-
cuſet à mortali peccato?

℞. Affirmativè, nempe illa, quæ fit per pa-
ctum tacitum, ſcilicet tunc, cum quis init pa-
ctum ignoranter, utendo ſignis, neſciens ad
ſuperſtitionem, & maleficia ſpectare, vel fi-
dem certam non adhibet, ſed ſolum timorem
quendam aut ſuſpicionem habet futurorum
contingentium.

QUÆSTIO XXVII.

De Aſtronomia, ſeu Aſtrologia.

Quæres I. Quid ſit Aſtrologia?

℞. Aſtrologia eſt juxta etymon nominis
ſui, ſcientia de aſtris, ideo Hæbrei vocant
contemplatores ſive ſpeculatores Cœli Aſtro-
logos Schamain, eo quod Aſtronomia ſit
quaſi lex, & norma aſtrorum cognoſcendo-
rum. Aſtrologi enim ex ſtellarum ſitu, die-
rum

um, menſium, & annorum ſtatuta tempora, ſo-
s lunæque deliquia, & alia non minus uti-
a ad vitam humanam nobis deſignant.

Quæres II. Quotuplex ſit?

℞. Duplex: naturalis, & judiciaria. Na-
uralis eſt quæ aſtrorum, maximè planeta-
um ortu, occaſu, conjunctione, varioque
ſpectu ac colore de futuris elementorum
fectionibus conjectat, de quibus multa in
eorgicis Virgil. & in Phænomenis Aratus.

Quæres III. Quid ſit Aſtronomia judiciaria?

℞. Eſt illa, quæ obſervato ſyderum aſpe-
tu, judicat de futuris à libero arbitrio ali-
uo modo dependentibus aliiſque humanis
aſibus. Imo & de rebus præteritis; eſtque
ſus per ſe malus, & illicitus.

Quæres IV. Utrùm Aſtrologia naturalis ſit
cita?

℞. Affirmativè, quæ effectus corporeos
naturales, ut pluvias, nubes, pruinas, gran-
nes, ventos, tempeſtates, ſerenitates, fri-
ora, calores, ecclipſim, fertilitatem, ſalu-
ritatem, morbos &c. quæ ad medicinam,
el agriculturam, vel navigationem condu-
unt, ex aſtrorum maximè planetarum ortu,
ccaſu, conjunctione, oppoſitione, vario-
ue aſpectu profert, modo non excedatur
credulitate, nec imprudenter fiat: imò
tiam cum ex iiſdem ex puncto nativitatis
rædicit complexionem corporis, & affecti-

 ones

ones animi, non tamen tanquam certas, v
niwimum probabiles.

Quæres V. Quisnam fuerit inventor Aſtr
nomiæ?

℟. Cum Diodoro, Heredoto, Strab
qui ſideralis ſcientiæ inventum ad Zorc
ſtrem Bactrianorum Regem referunt, qui N
no Regi fuit æqualis: cum ante Diluvii te
pora Sethi filii, Adami Protoplaſti nepot
in duabus columnis aſtrorum ſcientiam c
ſcripſerint, ac deinceps Noë, & qui illi lo
go ordine ſucceſſerunt, in cognitione ej
rei verſati ſint. Sabell. l. 1. Ennead. 1.

Quæres. VI. An Aſtrologia Planetarioru
ſeu Genethliacorum, qui ex motu, ſitu, aſp
ctu aſtrorum judicant, & prædicunt futu
contingentia etiam libera, ſeu actiones
libera voluntate pendentes, de ineundo vi
ſtatu, ſive matrimoniali, ſive Religioſo,
paupertate, divitiis, proſperitate, ſuſpend
&c. ſit licia?

℟. Negativè, imò Sixtus Quintus expr
ſe in Bulla prohibuit, omnia judicia ex co
ſtellatione natalitia, affirmantia alignid
futuris contingentibus, ſucceſſivis, fortuit
que caſibus, aut actionibus ex humana vol
tate pendentibus, & ſi id affirment etiam f
midoloſè, ſeu proteſtentur ſe id non affirm
re certò, v. g. fore fortunatum, effæmin
tum, rapacem &c.

QU

QUÆSTIO XXVIII.

e divinatione per augurium, aut aruſpicium.

Quæres I. Quid ſit divinatio per augurium? ℞. Quæ per avium, piſcium, & animalium uorumlibet voces, motus, quæ naturaliter x inſtinctu indito ab autore naturæ, aniıalia voce, & motu ſignificant v. g. quando eſpertiliones longe à domibus volitant, inicant ſerenitatem, quando cornicula freuenter crocitat, pluviam brevi inſtare deotat.

Quæres II. An divinatio per augurium ſit cita?

℞. Negativè. Ratio eſt: quia ex ſcriptuis citatis, præſenti l. & can. damnantur auures, aruſpices, & divinatores, utpote ſuerſtitionem ſapientes. De qua meteria agunt . Thomas 2. 2. q. 95. S. Antonius 2. part. it. 12. c. 1. §. 8. circa hanc vanitatem mulùm gentiles fuerunt curioſi. Unde ſinguariter certas aves obſervabant. A gentilius ad noſtra tempora non dubito hanc ſuerſtitionem derivatam: ratione cujus multi, i ægrotent moleſtiſſimè ferunt noctuæ clanores.

Quæres III. An licitum ſit aliquando ex garri-

garritu, motu, aut diſpoſitione avium futura prædicere, quæ dependent ex inſtinctu naturali avium?

℞. Affirmativè. Ratio eſt: quia cum bruta animalia habeant animam tantùm ſenſitivam, cujus omnes potentiæ ſunt actus corporalium organorum, ſubjacet eorum anima diſpoſitioni continentium corporum, maximè cæleſtium, & ideo nihil prohibet aliqua eorum operationes eſſe futurorum ſigna, in quantum conformantur diſpoſitionibus corporum cæleſtium, & aëris continentis, ex quibus proveuiunt aliqui futuri eventus. Inde tamen duo conſideranda ſunt: primum quidem ut operationes hujuſmodi non extendantur, niſi ad præcognoſcenda futura, quæ efficiuntur per motus cæleſtium corporum. Secundum ut non extendantur niſi ad ea, quæ aliqualiter poſſunt ad hujuſmodi animalia pertinere. Conſequntur enim per cæleſtia corpora cognitionem quandam naturalem & inſtinctum ad ea, quæ vitæ ſunt neceſſaria, ſicut ſunt immutationes, quæ fiunt per pluvias, & ventos, & alia hujuſmodi: ſic S. Th. loco citato, quem ſequitur S. Antonius, Sylveſter & alii.

Quæres IV. An ex avium geſtibus prædicere aliqua futura, quando moventur ad aliquid agendum motu angelico ſit licitum?

℞. Affirmativè, & patet in columba ſuper

Chri-

hriſtum deſcendente: & in corvo qui pavit
liam, & in cete, qui evomuit, & ejecit Jo-
am. Sic S. Th. & Doctores citati.

Quæres V. An ex motibus, & garritu avi-
n futura, quæ non ſubſunt eorum naturæ,
it cælorum motui, prædicere liceat?

℟. Negativè. Ratio eſt: qua ſic futura
ædicere, non poteſt provenire, niſi ex pa-
o cum Dæmonibus, qui utuntur motibus &
ocibus avium ad deceptionem illorum, qui
libus intendunt. Hanc rationem probant
cræ litteræ, canones, & leges locis citatis;
uæ dicta ſunt de motibus & vocibus anima-
um, quantum ad futurorum præſagia, ea-
em locum habent in cæteris animalibus rati-
ne carentibus, quia ſimilium, ſimilis eſt ratio.

QUÆSTIO XXIX.

De Phyſiognomia.

Quæres I. Quid ſentiendum de Phyſiogno-
ia membrorum corporis humani, an liceat
x hac divinare de moribus & vita?

℟. Si ex partibus corporis, lineis, vel ſi-
nis obſervet corporis temperiem, naturales
fectiones, malam, vel bonam valetudinem
cita eſt. Secus vero ſi propenſiones animi
onjectet: de hac materia ſcribunt Doctores
elbartus in Roſario aureo Theologiæ 2. p.
ver-

verbo corpus humanum à §. 18. Conradu
vagis in libro de ſignis c. 18. ex naturalib
Ariſtotelis in lib. de Phyſiognomia. Galen
in lib. an mores ſequantur temperaturam co
poris, & alii plures. S. Gregorius Nazianz
nus Athenis Julianum conſpiciens, antequa
imperio potiretur, ex ipſius phyſiognom
de moribus judicium tulit exclamando: D
us bone, quantum malum Romanum fov
imperium! quod poſtquam ad imperium p
venit, cognitum eſt, ut videre licet ex ip
S. Gregorio in oratione invectiva, ſecun
in Julianum. Antequam autem aliquid ſp
ciale de phyſiognomia, quæ imaginem qua
dam divinationis inducere videtur, cum v
ſetur circa judicium morum humanorum
cat, pro introductione, & cognitione
quædam regulæ generales phyſiognom
ſunt obſervandæ. Quarum ſit

Prima. Humana membra, quæ in propo
tione naturali ſunt, quoad figuram, colore
ſitum, motum, & quantitatem, indicant me
tis bonam habitudinem naturalem. Et
contrà: membra quæ non habent debit
proportionem, ſignant perverſam men
qualitatem.

Secunda. Licet per ſigna membrorum n
turalium mores hominum cognoſcantur, n
tamen imponunt neceſſitatem, ſed tanti

inc

clinationem naturæ oſtendunt probabili-
r, & cum conjectura.

Tertia. Propter ſigna exteriora non ſtatim
oferendum eſt judicium: aut forte natura
evicta eſt per contrariam bonam conſvetu-
nem, & frænum rationis cohibentis natu-
m ad malum inclinatam. Sic legitur, quod
ım Philomines dixiſſet ex Phyſiognomia ju-
cando de Socrate, eum eſſe luxurioſum: &
ocrates illud percepiſſet, diſcipulis referen-
ous reſpondit: verum naturaliter judicavit,
d ego naturam vici ratione.

Quarta. Ut Phyſiognomia ſit licita non
ebet judicare de bonis divinis, & gratuitis,
ıia Deus auctor naturæ, non eſt ei alliga-
s, ſed diſtribuit dona ſua prout vult.

Quinta. Præcipua cura Phyſiognomiæ
onſiſtit in vultu, & maximè in oculis, quare
ıilosophi communiter affirmarunt oculum
ſe verum cordis indicium.

His generalibus præmiſſis de Phyſiogno-
ia membrorum aliquid ex authoribus an-
otandum eſt, quod non certo, ſed tantum
obabiliter conjecturandum eſt: pro quo

Quæres II. Quid ſentiendum de homine
cipiendo à ſuperiore parte, & deſcenden-
ım uſque ad infimam?

℞. Pili molles timidum ſignificant, ſicut
ıri fortem: hoc ſignum ſumptum eſt ex ani-
alibus. Lepus, & oves molliſſimos habent
pilos

pilos, & ſunt timidiſſima animalia. Leo a
tem & aper, cum habeant duros pilos fo
tiſſimæ ſunt beſtiæ: Si autem pili ſunt mo
les, & rari, hebetem ingenio denotant:
criſpi timidum, & lucri cupidum: ſi ſubnig
& moderate tenues bonos mores indicai
Caput nimis magnum, ſtolidum declarat: h
mile & ſuperius quaſi planum, inſolenten
oblongum, globoſum & breve ſine memo
& ſapientia, & maleo ſimile, providum c
ſignat.

Frons nimis angnſta indocilem indicat,,
ta minus diſcretum, rotunda iracundum, h
milis & demiſſa verecundum: quadrata
moderatæ magnitudinis ſapientem & magn
nimum.

Supercilia ſi ſint longorum, & multor
pilorum, ſignificant ferum, & magna me
tantem.

Oculi quando variè moventur, ut mo
currant modo quieſcant, ſignificant mala
volvi in animo, ſi ſint glauci, ſplendore t
men micantes ſignificant pervigilem ad n
cendum: oculi puri nigri ſive virtute lu
cupidum, ſi minores juſto puſilanimem, ſi c
bito majores tardum: ſi in mediocritate co
ſtituti, bene ratum oſtendunt.

Aures prominentes vel valde magnæ ſig
ficant ſtoliditatem & garrulitatem, valde pa

arvæ malignitatem, parvæ aſtutum, pendu-
e demiſſum, erectæ ſolicitum.

Naſus, ſi craſſior fuerit, ſignificat concu-
iſcentem, ſi in extremitate ingraſſetur inſen-
bilem, ſi acuatur iraſcibilem: ſimus lubri-
um: aquilinus à fronte perpendens magna-
imum indicat. Qua de cauſa ut ferunt,
erſæ Regem non eligebant niſi eum, cui
aſus eſſet regius, id eſt aquilinus: eo quod
oc ſignum ſit magnanimi, & prudentis viri,
ui aptiſſimus eſt ad regendum.

Facies dependens cogitatorem ſubdo-
m, ſi carnoſior debito, concupiſcibilem, tu-
idumque, ſi macilenta ſolicitum: minor
ebito, puſillanimem, illiberalemque; major
quo tardum: ſuperrubeſcens, verecundum:
llida meticuloſum: moderata in colore, fi-
ıra, & compoſitione temperatum prodit.

Labia ſoluta aliquantulum ab ore depen-
entia inertem deſignant: ſubtilia in extre-
itate relaxata, ſi ſuperius inferiori inter-
latim jungitur, magnanimum: labia autem
ene colorata, & plus ſubtilia, quam craſſa
gnificant hominem bonæ conditionis in
nnibus magis natum ad virtutes, quam vi-
i.

Os ultra modum dilatatum, voracem, &
imitem ſignificat: os autem, cujus parva eſt
auſura, & apertio, pacificum, timidum, ſe-
etum, & verecundum &c.

H Men-

Mentum parvum, & breve, immitem,
invidum indicat: prolixum aliquantulum mi
nus iracundum : nimis prolixum, doloſum
quadratum moderate bonum.

Pectus, ſi multis carnibus conjeſtum, indo
cilem: ſi autem longius ſit, ventre pruden
tem ſignificat : ſi nimietate pilorum ſimu
cum ventre tegatur, inſtabilem, ſi autem
ſolum pectus habet pilos, animoſum d
notat.

Manus, & brachia, quando ſunt tam pro
lixa, ut erecto corpore extremitas medii di
giti appropinquat ad genu, licet forte men
ſura quatuor digitorum deficiat, ſignifican
humilem, fortem, & liberalem.

Manus craſſæ, ſi breves digitos ultra mo
dum habent, inſidioſum & furem : ſi intort
manus, & tenues ſignificant voracem, & lo
quacem.

Unques albi & plani, & molles ſubrube
tenues & bene perlucidi, optimum ingenium
indicant : unques nimis breves malignum.

Pedes craſſi & valde breves infirmum
nimis prolixi doloſum, pedes bene la
magis articulati, & nervoſi fortem oſten
dunt.

Quantum ad colorem corporis humani
color cutis niger verſutum indicat, albus ru
beusq; fortem, & animoſum : color vehemen
ter albus cum pallore, defectum virium

nim

ıimia victoria flegmatis denotat : color igni-
us lucentibus oculis ad inſaniam vel furiam
endit: color autem medius inter nigrum &
lbum, qui declinat in brunum, ſi clarus eſt,
ſtendit virum boni ingenii, & bonorum
ıorum.

QUÆSTIO XXX.

De divinatione per ſomnia.

Ante reſolutionem notandum eſt: quod
liquid, quod ſignificat alterum, cum eo ali-
uam conjunctionem habere debet. Vel
er intellectum ut hædera vinum vendibile ſi-
nificat: vel ſecundum rem, prout fumus de-
otat ignem. Res autem cum re connectitur
ut ut cauſa, aut ut effectus, aut per accidens,
t exempli gratia aliquis nocte ſomniat ſe
ominem occidiſſe, inter diu ex anteceden-
ſ ab alio homo occiditur. Deinde conſi-
erandum eſt ex Theologorum doctrina,
uod ſomnia futurorum eventuum quando-
ue ſunt cauſa, utpote cum alicujus mens
olicita ex his, quæ videt in ſomniis indu-
ıtur ad aliquid faciendum, vel vitandum.
Quandoque ſomnia ſunt ſigna aliquorum e-
entuum; in quantum reducuntur ad ali-
uam cauſam communem ſomniis, & futuris
ventibus, & ſecundum hoc, ut plurimum

præcognitiones futurorum in ſomniis fiunt quandoque etiam effectus, qui conſideratur à ſomniante, mere per accidens, & caſualiter ſe habet ad ſomnia.

Conſideranda ergo eſt cauſa ſomniorum quæ inprimis duplex eſt : interior & exterior. Interior, quæ latet intra ipſum ſomniantem exterior, quæ eſt extrinſeca ipſi ſomnianti. Interior ſomniorum eſt iterum duplex: Una animalis, in quantum ea occurrunt hominis phantaſiæ in ſomno, circa quæ cogitatio & affectio intenta fuit in vigilando. Alia cauſa interior ſomniorum eſt corporalis: quando ex interiori Corporis diſpoſitione formatur aliquis motus in phantaſia, conveniens ſuæ diſpoſitioni. Sicut homini, in quo abundant frigidi humores, occurrit quod ſit vel in aqua, vel nive, cauſa etiam exterior ſomniorum eſt duplex Corporalis, & Spiritualis: Corporalis quando imaginatio dormientis movetur, immutaturque vel ab aëre ambienti, vel ab impreſſione cæleſtium corporum, ut ſic dormienti aliquæ phantaſiæ appareant conformes diſpoſitioni Corporum cæleſtium. Spiritualis cauſa exterior etiam duplex eſſe poteſt: bona quando DEUS aliqua revelat miniſterio Angelorum, vel alio modo : & mala quando mali Spiritus ſe inſinuant phantaſiæ dormientis, & aliquid ad decipiendum revelant. Has omnes cauſas

ſomnio-

ſomniorum diſtinctius S. Gregorius L. 8. Moralium in C. 7. exprimit & oſtendit. Præ- terea de hac materia tractant S. Thomas q. dicta a. 6. Antoninus loco citato §. 7. his præ- miſſis.

Quæres I. An Somnia ſint credenda, vel curanda?

℞. Somnia nec debemus omnino credere, nec omnino de eis curare. Ratio eſt: quia nec omnia ſomnia ſunt falſa, nec omnia ve- ra. Eſt Ariſtotelis in libro de ſomnio, & vigi- lia. Et in ſacris litteris quandoque prohibi- tum ne ſomniis attendamus. Deutron. 18. *Non inveniatur in te, qui obſervet ſomnia.* Quandoque etiam obſervatio ſomniorum ad- mittitur. Geneſ. 40. & 41. Joſeph eſt in- terpretatus ſomnia pincernæ Pharaonis, & ejusdem etiam Pharaonis.

Quæres II. An quando cauſa ſomnii eſt corporalis intrinſeca, poſſit homo inten- dere ſomniis, & prævidere effectus cauſis conjunctos?

℞. Affirmative & nullum eſt dubium circa hoc, ſic medici dicunt eſſe intendendum ſomniis, ad cognoſcendum interiores diſpo- ſitiones. Hinc Ariſtoteles de ſomno & vigi- lia, ſi ſomnia ſunt ex his, ex quibus compo- nimur, tunc ſunt ſigna ſanitatis, vel infirmi- tatis ſecundum eorum differentias: ut ſi quis ſomniet de occupationibus igneis, ſignum

eſt, quod prædominetur in eo cholera: ſ
de negotiis aëris, ut de volatu ſignum eſſ
ſanguinis: ſi aquæ, aut alterius liquoris: ſi
num eſt phlegmatis. Si de rebus terreniss
ſignum eſt melancholiæ, & ſic juvantur me
dici ad ferendum judicium de diſpoſitiom
corporis.

Quæres III. An ſi quis utatur ſomniis a
præcognoſcenda futura, quæ habent cauſam
naturalem extrinſecam, ut influentiam co
porum cæleſtium, aut aëris ambientis, ſi i
tantum de futuris prædicat ex ſomnio, i
quantum talium corporum virtus ſe pote
extendere ſit licitum?

℞. Affirmative: ratio eſt: quia effectu
proportionatur ſuæ cauſæ, & ſicuti ſe habe
ad eſſe, ita ad cognoſci, eſt S. Thomæ & alio
rum doctorum in locis citatis.

Quæres IV. An ſiquis ex ſomno prænun
tiet futura contingentia, aut ea, quæ ſpe
ctant ad liberum ſomniantis, aut alterius vo
luntatis actum, peccet, & malefaciat?

℞. Affirmative: ratio eſt: quia hujusmo
di non habent cauſam determinatam, ſed d
cuntur à caſu per accidens, ſecundum Philo
ſophum de ſomno, & vigilia. Eorum autem
quæ ſunt per accidens, non eſt determinat
ſcientia. Quare ſi quis hujusmodi futu
prædicat, aut neceſſe eſt mentiatur: aut u
cognoſcat ex pacto habito cum dæmone.

Quær

Quæres V. An ſi quis ex ſomniis prædicat futura, quando procedunt ex revelatione Divina, peccet?

℞. Negative: & conſtat ex ſacris litteris Math. 1. Angelus Joſeph apparuit in ſomniis, & futura prædixit. Et Math. 2. *Magi in ſomniis acceperunt reſponſum, ne redirent ad Herodem, per aliam viam reverſi ſunt in regionem ſuam.*

Quæres VI. Quare DEUS potius in ſomniis revelat futura, quam in vigilia?

℞. Cum S. Bonaventura in 2. D. 25. q. Ultima. Primò: quia anima in vigilia diſperſa eſt ad exteriora ſenſibilia, & ſic minus apta compræhendere revelationes à DEO; hanc cauſam etiam inſinuat Hippocrates in initio libri de ſomniis, dum docet animam hominis in vigilia gravibus diſtineri negotiis, curisque diſtrahi: è contra verò in quiete, & ſomno ejusmodi omnibus interpellationibus, & impedimentis vacuus eſt animus, ſibi totus præſens eſt, ſibique attendit, & vires ſuas collectas habet. Secundò: quia DEO ſic placet ſæpius ad occultationem ſui luminis, qui poſuit tenebras latibulum ſuum. Tertiò: quia homo in ſomniis magis agitur, quam agat, & in revelatione plus ſe habet permodum ſuſcipientis, quam agentis. Ultimò: quia dicente DEO Exod. 33. *Non videbit me homo, & vivet.* Ideo ſecundùm Gregorium non poteſt homo DEUM videre, & ejus revelationes,

ſcilicet de lege communiori loquendo, niſi quando abſtractus eſt à ſenſibus, ut quaſi dicatur non vivere, videlicet ſecundum ſenſuum uſum exteriorem. Sed quia homo eſt medium in ſomno tenens inter mortuum, & viventem, quodamodo à vita recedit: Ideo ſic ordinavit DEUS fieri revelationes ſupernaturales in ſomniis, quando homo naturaliter non habet uſum rationis, ut DEO ſolli attribuatur laus gloriæ.

Quæres VII. An revelatio futurorum eventuum in ſomno à Dæmone impreſſa ſit licita?

℞. Negative ratio: quia hujusmodi revelatio procedit ex pacto tacito, vel expreſſo dæmonis, qui decipere ſemper contendit. Quando autem eſt dubium an revelatio in ſomniis facta ſit à dæmone, vel bono ſpiritu, non eſt præcipitandum judicium, ſed probandus ſpiritus ſi ex DEO ſit. In qua re multa ſunt conſideranda de probationibus ſpirituum. S. Vincentius in tractatu de vita ſpirituali. S. Th. 3. p. q. 25. a. 3.

QUÆSTIO XXXI.

De vana obſervantia.

Quæres I. Quid ſit vana obſervantia?

℞. Vana obſervantia eſt, in qua dæmon tacitè invocatur, cum in ea media aſſumuntur,

ur, quæ non habent ullam operandi virtu-
em ad tales effectus, qui expectantur.

Quæres II. Quottuplex ſit?

℟. Quadruplex: 1. eſt ars notoria, quæ
ontinet certa jejunia, orationes ad ſcien-
iam conſequendam ſine labore. 2. obſer-
antia ſanitatum, cum homines quibusdam
rationibus, verbis, ſignis, certo numero
rucium imaginibus aſtronomiæ ſanant mor-
os. 3. Eſt futurorum, cum ex impertinen-
um eventuum conſideratione conjiciuntur
ala ſibi, vel aliis eventura. 4. Reliquia-
im, cum ſcilicet vanæ portantur, aut veræ
ım aliqua circumſtantia vana. v. g. in tali
pſa, tot diebus, cum tali herba, charta &c.

Quæres III. An ſit peccatum mortale ex
enere ſuo, qui ſcit, quod ſint res prohibi-
e, & inutiles, ea tamen apud ſe deferat?

℟. Affirmativè ratio eſt: quia defertur ho-
or divinus creaturæ expectando ab ea, quod
ſolo DEO expectari debet, tum quia in-
ocatur dæmon. Nec in iis datur parvitas
ateriæ ob tacitam cum dæmone ſocietatem.
eri autem poſſunt venialia ex ignorantia, ſi
ctum ſit implicitum tantum, vel ſi non ad-
beatur fides, licet timeatur ita eſſe, vel fu-
rum.

Quæres IV. Quomodo vana obſervantia
gnoſci poſſit?

℟. Dignoſci poteſt 1. quando ſcilicet res,

quæ adhibentur ex ſua materia & virtute, non habent naturalem efficientiam reſpectu effectuum, qualia ſunt noſcere ſecreta cordium, Hominem repente, vel in loco diſtanti ſanari. In dubio tamen an excedat vires cauſæ naturalis, præſumendum eſt oriri à cauſa naturali. 2. Cum effectus ſine motu locali ut ſi quis faciat menſam, vel hortum ſtatim apparere, ut fecit S. Albertus Magnus virtute Divina. 3. Si effectus ſtatim evaneſcat. 4. Si apponatur aliqua circumſtantia vana, & inutilis tanquam neceſſaria v. g. Si flagellatio fieri debeat in tali loco publico, in tali corporis parte, tali hora, numero, manu, flagro ſerico. Cum tribuitur effectus naturalis alicui ex rebus, ut verbis, ſignis, vel caracteribus peregrinis, item cum ponitur ſpes in modo ſcribendi, ut quod Evangelium ſcriptum deferatur in charta virgine. His ſuppoſitis facile eſt ſecernere remedia ſuperſtitioſa à non ſuperſtitioſis.

QUÆSTIO XXXII.

De remediis ſuperſtitioſis.

Qualia ſint remedia ſuperſtitioſa?

℞. Qui fabricat imaginem ceream ſimilem ægro, & magicis Præcantiunculis, partem in qua eſt læſio, adſumit, & comburit, vel

ſt in toto, totum illud comuburit. 2. Qui bſervat galli cantus eo tempore pharmaca ropinet. 3. Qui certò credit ſi imaginem milem maleficæ faciat, & comburat, vel ſi uid præcario vel furto de domo ejus acceerit maleficium diſſoluturam. 4. Qui liquecto plumbo vel tactis poſtibus ſanguine enſtruo, & lapide amianto vel, felle canis igræ, vel ſanguine hyenæ, vel atri canis, tum andragoræ & booras effuſione, vel latio umano emiſſo per annulum deſponſationis, el cerebro felis, vel capite corvi, vel nido vium ſimul cum matre capto, vel hoſtia non onſecrata, vel amigdalis ter ſectis, terque ſcritis, Chriſtus natus &c. vel decocto verbeæ, vel figuris, vel caracteribus, ſignis quiusdam impreſſis, ut lapidibus, gemmis, au-o, argento, ære, ſtanno, ferro, dominan-e eorum planeta, certo obſervato die, cæque parte liberat à maleficio. 5. Qui puit oblationem ex bonis eleemoſyna compaatis, vel crucem ex eleemoſynis emptam, el determinatum diem, menſem, annum, eſtum, vel ſolis, lunæ, ſiderumvè radios ſſe ſanctiores & majoris efficaciæ ad effectum onſequendum. 6. Qui offert ſanctis ceram, el aliam materiam, illi immiſcens capillos ominis, vel ex clavis ferreis antiquis format nnulum ad conciliandum amorem, vel metur cingulum ægrotantis, adjudicandum à

quo

quo ſancto ſit ſanitas obtinenda , adhibi
aliis definitis verbis, ſeu ritibus, vel pro q
busdam animalium morbis, ignes ſtruit
peculiaribus lignis, & in eum illa impell
vel in orbem circumducit, & quod prim
loco tranſit animal, hoc ſanctis offert, v
coquit libum triangularem, & ei quinque f
ramina imprimit, poſtea in beati Lupi h
norem cibum dat primo mendico fortuito c
curenti, vel alligat animal tribus horis ſtell
ni arboris, quæ nunquam fructum tulit, v
injicit phialæ vitreæ aquæ plenæ novem h
deæ grana &c. 7. qui pro quibusdam ca
tis doloribus, & ſimilibus morbis ad porc
rum lintrem, ſeu obdam collum applicat
Nomine Patris &c. vel ſtamen bipenni di
dit, ut ſanentur manuum vel digitorum t
mores, vel pro morbo jeterico jubet, ut a
ger tranſeat recitatis quibusdam verbis,
retranſeat ter in orbiculo ſalicis more c
tulorum nebulonum; vel pro febri tenet
pus eſſe, ut æger ab uno urbis oſtio exea
retro minime reſpiciens, vel pro pannarici
morbo arquato, lienis ſcirro, ſpinamq
evellendo, obſervandum cenſet, ut ſamb
cus aurora ſole naſcente ſalutetur, alii ve
bis, aliisque variis utendo; vel ne ſanguis e
fluat, adhibet quendam lapidem, qui jam inca
tatus defertur ex oriente; vel brachium de
trum cingit radice canabis adhibitis quibu
da

ım verbis ,quæ ſomniavit. MarcellusC. 21.
:l pro ſpiculis, quæ relinquunt apes, utitur
ctu novem lapidum, quaſi vis ſanandi con-
ſtat in illo determinato numero; vel ſaga-
m, & fœminarum carminatricum, ſaluta-
rum petiis benedictis, vel aquæ hujusmodi,
l orationibus pro parturientibus, vel mor-
laborantibus utitur. Vel applicato re-
edio vittis, aut gladio, aut lignis ſanguine
ctis vulneratum abſentem curat, vel pue-
m ponit ſuper urſum, ne timeat.

QUÆSTIO XXXIII.

e *Remediis non ſuperſtitioſis, ſeu licitis.*

Quæres I. Qualia ſint remedia non ſuper-
tioſa, ſeu licita?

℞. 1. Eſt: ſi quis potius colligat herbas
ſolſtitio, purget corpus vere. 2. Si fe-
: reliquias, amuleta cauſa devotionis, ex
ucia erga DEUM, & Sanctos, omiſſis ſuper-
tioſis ceremoniis, & vanis obſervantiis, qui-
s exiſtimet eſſe contra vulnera, vel ſubitam
ortem &c. 3. Si obſervat galli cantum,
n ea exiſtimatione, quaſi vim habentem
ſe ad deſtruenda maleficia, ſed prout in-
cat Dominicam reſurrectionem, Sancti Pe-
pœnitentiam, vel futuras populorum pre-
, à quibus valde dæmon abhorret, & fu-
tur cantum illum audiendo, utpote qui
lucem

lucem odit, & fugit, cum lumine nocte ... nit prædicens impiger ales. 4. Si circum... ducat novies jumenta ad templum S. Ant... nii, vel ipſemet circumeat circa ſepulchru... Beati Petri de arbues, vel die alicujus ſan... eis venam ſecet, vel faciat annulum ex p... mo nummo in paraſceve oblato, ſi tam... hæc faciat ut ſe magis excitet ad precand... ob diem ſancto dicatum, vel ob affectu... quem habet ſpecialiter erga ſanctum, à q... opem, & auxilium ſperat. Aliud tamen ... ſet, ſi crederet tales circumſtantias infalli... les, aut plane neceſſarias, aut per ſe efficac...

Quæres II. An tales uſus, vel abuſus ſi... liciti, vel admittendi?

℟. Affirmativè ſi ab Eccleſia ſunt recep... negativè verò ſi non ſunt recepti, tanqua... ii, qui ſuperſtitionem redolent vanam, a... commode tolli non poſſunt, non ſunt co... demnandi, ſed ſimplices docendi ſunt, ... habeant rectam intentionem, ſic enim n... committent vanam obſervantiam.

Quæres III. An damnandæ ſint aliquæ co... ſuetudines?

℟. Negative ſi fiant ex devotiooe, nullu... que ſequatur ſcandalum, ut ſi in memori... alicujus myſterii v. g. novem menſium, quib... Chriſtus fuit in utero, novem vel ad exe... plum S. Gregorii triginta miſſæ celebren...

cu...

um certo cereorum numero modo non ita
des collocetur in eo numero, ut non liceat
lum augere, aut minuere.

Multi excuſant etiam eos, qui naſcuntur
die Paraſceves in Flandria, & ſuo contactu
nant à febribus; & ſeptimos maſculos, qui
ullo fœmineo ſexu intercedente, ac ab or-
legitimo Thoro naſcuntur, nec non eos,
ui dant operam medendo rabido morſui
nis, & aliis morbis; examinandi tamen ſunt
iligenter ab ordinariis, antequam hoc mu-
us exercere permittantur: an hoc præſtent
el ex pacto cum dæmone, vel remediis na-
ralibus, vel ex gratia gratis data, ſicut Rex
ancorum, qui habet virtutem curativam
rumoſorum, & Rex Angliæ olim quosdam
nulos benedicebat utiles nervorum con-
actioni, ſpasma, & comitiali morbo.

QUÆSTIO XXXIV.

De ſolutione Maleficii.

Quæres I. An maleficio vexatus, habens
otitiam de maleficio, poſſit petere, imò co-
re uti maleficium ſolvat?

℟. Si maleficus poteſt, atque novit ſolve-
maleficium licitè, ſine alio novo malefi-
o, licet eum ad id accerſere petere, imò
iam peccunia inducere, vel verberibus, aut
rmentis cogere, non tamen occidere, ſi
nolit,

nolit, & ſi dubitet, aut certo ſciat modo
licito ſoluturum; modo ne petens cooper
tur malefico in maleficio, ſi eo velit uti,
ſumendo medicinam: licet enim petere re
quæ ab alio licite fieri poteſt, & eſt indiff
rens, & alioquin petens habeat neceſſitate
petendi. Exemplificatur in eo, qui pe
mutuum neceſſitate coactus ab uſurario,
juramentum ab infideli, & Sacramentum
malo miniſtro, etiam ſi certo ſciat primu
fœneraturum, ſecundum juraturum per fa
ſos Deos, vel pejeraturum, tertium male ad
minſtraturum.

Quæres II. An liceat malefico, aut cu
libet alteri ſolvere maleficium per remoti
nem ſignorum, quæ aliquando à meleficis
aliquo loco reponuntur?

℞. Affirmativè: imò & licitum eſt per p
ſitionem ſigni contrarii ex ſe tamen indiff
rentis, v. g. ſi dæmon fecit pactum cum m
lefico, ſe nociturum, niſi dæmoniacus ſign
ſe ſigno Crucis, vel niſi radat barba
liceret illi ſe ſignare, & radere anim
tollendi ſignum, non verò animo ſanan
medio invento à dæmone. Idque etſi dam
num in maleficum redundaret, quisque eni
habet jus ſibi conſulendi, licet per accide
ſequatur alteri damnum. Item rogare m
leficum, ut ſignum ſuum auferat, & noce
deſinat, cum proteſtatione, ſe cum dæmo
in

il commune habere velle. Undè ulterius
nfertur, quod ſi ſaga te tangat, inficeris,
: ſi eam repercutias, deſinit inficere, pote-
is eam repercutere.

Quæres III. An liceat petere diſſolutio-
em maleficii, ſi maleficus nequit diſſolvere
aleficium, niſi alio maleficio?

℞. Negativè etiam eo parato petere diſ-
olutionem etiam pro re gravi, & bono pu-
lico, aut cauſa curioſitatis. Nam malefi-
um eſt per ſe malum, & omni jure prohi-
tum, naturali, quia eſt contra legem natu-
e exigentem reverentiam, & fidem erga
EUM. Levit. 20. extremo ſupplicio ma-
fici plectuntur Jure Canonico 1. ſunt ipſo
re infames. 6. q. 1. Cap. infamis. 2. debent
communicari 26. q. 5. can. Epiſc. Jure Ci-
li omnis magus capitis ſupplicio feriendus
t. L. 1. de maleficis, & Math. Nullus au-
m poteſt ab alio petere, ut hoc faciat, quod
r ſe peccatum eſt.

Quæres IV. Quid faciendum in dubio, an
aleficus noverit modum licitum ſolvendi
aleficium, licet ne ab eo petere diſſolutio-
m?

℞. Negativè: exponit enim ſe periculo pe-
ndi rem illicitam, non licet autem operari
n dubio rei illicitæ.

Quæres V. An lieceat petere ab alio mago,
diſſolvat maleficium alterius?

℞. Negativè, niſi conſtet modo licito d[illegible] ſolvere poſſe. Et peccant judices cogent[illegible] maleficos ut maleficia curent, vel ægros ben[illegible] dicant, quia illa benedictio eſt cæremon[illegible] ſuperſtitioſa includens pactum cum d[illegible] mone.

QUÆSTIO XXXV.

De naturalibus remediis.

Quæres Quot ſint remedia naturalia?

℞. Caſpar Bravo p. 6. Conſult. 8. §. tria advertit. 1. quod aliquando ſuadet d[illegible] mon magis morbum inducere, non q[illegible] habent permiſſionem ad ipſum inducen[illegible] dum, ſed quia cognoſcit facilem diſpo[illegible] tionem in aliquo, ut incidat in illum, [illegible] morbus poteſt & debet curari, ration[illegible] methodo, etſi maleficus judicetur. 2. D[illegible] mon inducit morbos mediis naturalib[illegible] cauſis, & tales tamen debent curari nat[illegible] ralibus, & divinis auxiliis. 3. Poſſ[illegible] permiſſione DEI ſine cauſis naturalibus f[illegible] ri à dæmone, & pro his curandis nulla n[illegible] turalia proſunt auxilia. Addit quod q[illegible] ad morbos, quos efficit dæmon mediis ca[illegible] naturalibus, aut habet permiſſionem ad ipſ[illegible] cauſandos tantum, vel ſimul ad ipſos cauſa[illegible] dos, & conſervandos; ſi ad utrumque f[illegible]

ſi[illegible]

ſtra adhibentur auxilia naturalia, cum valeat dæmon ſimiles cauſas movere, iterumque applicare, & conſervare, contra cujus vim nulla naturalia auxilia prodeſſe poterunt: ſi tamen habuit permiſſionem ad morbos cauſandos applicatione cauſarum, non autem ad ipſos fovendos, erit utilis naturalis, ac rationalis curatio, per quam auferantur cauſæ, quas dæmon ſemel valuit applicare.

QUÆSTIO XXXVI.

De artibus, & deceptionibus dæmonis.

Quæres an dæmon ante & poſt conjurationem, imò in ipſius actu aliquibus utatur verſutiis, ac technis?

℟. Affirmativè ex Vicecomite doct. 9. & quidem 1. ſolet dæmon fallaciter reſpondere, & difficile ſe manifeſtare, ut exorciſta diù defatigatus deſiſtat, aut infirmus videatur non eſſe à dæmone vexatus. 2. Quandoque etiamſi ſit manifeſtus, abſcondit ſe, & relinquit corpus quaſi liberum ab omni moleſtia, ut infirmus putet ſe omnino eſſe liberatum, ſed ceſſare non debet exorciſta, donec viderit ſigna liberationis. 3. Aliquando dæmon etiam ponit quæcunque poteſt impedimenta, ne infirmus ſe ſubjiciat exorciſmis, vel conatur perſuadere infirmitatem

eſſe naturalem. 4. Interdum in medio exco
ciſmi conſopit infirmum, & ei viſionem a
quam oſtendit, ſubtrahendo ſe, ut infirm
liberatus videatur. 5. Plerumque demo
ſtrat factum maleficium, à quibus ſit factum
ad odium erga eos excitandum, & modum a
illud diſſipandum. 6. Quandoque infirmu
quieſcere, actusque virtutis elicere, ſacra co
cere, ſuſcipere ſanctiſſimam Euchariſtiam pe
mittit, ut diſceſſiſſe videatur. Ex Ritua
Romano. 7. Sæpè morbos inducit ſignaqu
& accidentia ſimilis morbi dat, ita ut vo
ipſi medici decipiamini, credentes ipſam in
firmitatem verè meram naturalem, & non dia
bolicam eſſe, 8. Simulat quoque dæmon
fatuum eſſe, & ignarum, & ab actionibus ſu
pernaturalibus ſe abſtinet, nè cognoſcatu
Cum autem omnibus notum ſit, ipſum adeſ
ſe, ne remedia applicentur, & ne ad conju
rationem adducatur, procurat impedimen
diverſa, in conjuratione diverſas cauſas a
fert, ut Exorciſtam inducat ad eum interro
gandum; interrogatus verò reſpondere re
cuſet, vel ſimulat veritatem fateri non po
ſe, & verba dat Exorciſtæ, ut teneat eum
ſpe veritatis habendæ, quapropter ſæpe ſi
impunè evadit. 9. Aliquando dæmon ve
ritatem narrare, vel aliqua præſtare videtu
coactus ob Exorciſtæ vitæ bonitatem, a
hoc ut eum inani gloria inflet. 10. Interrico

ſu

ggeſtione ſæpe dæmon dicit dæmoniaco,
ıod ſit facturus, & oſtendit ſe habiturum
ſius corporis curam, & defenſionem, ut pau-
tim ſe credibilem præbeat. 11. In con-
ratione ſæpe fingit ſe nullum ſentire do-
rem, nec dat ſigna terroris, licet affligatur,
tacendo demonſtrat ſe valde fortem, ut
ligat animum Exorciſtæ, qui demiſſo ani-
fit tepidus, & quandoq; quæ ipſe dæmon
nus metuit admodum pertimeſcere, fingit.
. Creaturam obſeſſam agitat, proſternit,
eam Cruciat, ut exorciſta n à conjuratione
oveat, adhoc ut ipſi creaturæ auxilium præ-
at. 13. Stridores emittit, ut interpellet con-
antem, vel jocatur, pluraq; jaculatoria pro-
nit, ut concitet riſum tunc, quando blan-
ur, eſt magis cavendus. 14. Divinam
ipturam interdum exponit, ut hære-
orum fautor, ut de ipſis Divinis ſcrip-
is laqueos fidelibus paret, non ut doceat,
ut decipiat. 15. Cum exorciſmis mo-
atur, promittit, & jurat in craſtinum vel-
liſcedere, data hora, & ſigno, ita ut in-
at exorciſtam ad conjurationi finem im-
nendum. 16. Turpia dicit & Exorciſtam,
nſtantes infamat, ut ulterius curam de ve-
non habeant. 17. Sæpè aliquam per-
am talis maleficii auctorem prædicat, &
ſigna aliqua, ut inducat ad credendum,
eque ſcandala deveniant. 18. Interdum
e loquitur de fide Catholica, dicens, ſe

eſſe animam alicujus errantem ut confi
met errorem gentilium, ſicut in Simone M
go, qui illudebatur à dæmone, crede
ſuas magicas operationes fieri per anima
pueri à ſe interfecti, aut quod ardeb
amore inter Seraphim, vel quod Chriſt
eum expellere non poſſit, vel luget aſſere
doleo de peccatis patratis, & non par
mihi DEUS, eo quod injuſtus eſt &c.
ut adſtantes credant ei, deprecatur, & fla
tat, ut orent, eleemoſynas erogent. Sed tu
Exorciſta aſtantibus ipſorum falſitatem teg
& quidquid S. Catholica Eccleſia ſenſit,
periat, & declaret. 19. Aliquando vide
manibus exorciſtam percutere, etſi eum m
attingat, & aſſerit, eſt nobis permiſſa pote
ſuper te, ut aliquos in id judicium induc
20. Laſcivè intuetur Exorciſtam, & injun
re dexteram dexteræ, vel pedem pedi, p
curat, & alios hujusmodi actus facit, ut e
ad impudica incitet, & ideo exorciſta ſe
bus, & omnibus motibus debet eſſe caut
& pudicus. 21. Poſt conjurationem m
toties delectabilia, & curioſa familiaribus p
ponit, & ad invicem facta, tam propria, qu
aliena communicanda inducit, & ſic famili
factus, dæmoniacum prout vult, regit, &
dominatur, loquens per os ejus, ſæpiſſ
ſubvertit domum, ac vult ſibi obedientiam
hiberi, unde multa mala evenire ſolen

SU

SUPPLEMENTUM BENEDICTIONUM, ET EXORCISMORUM.

Benedictio balnei pro maleficiata perſona abluenda.

℣. Adjutorium noſtrum in Nomine Domini.
℟. Qui fecit cælum & terram.

EXor✝cizo te unda balnei per DEUM Pa✝trem, per DEUM Fi✝lium, per DEUM Spi✝ritum ſanctum, qui ſimile lavacrum Moyſi ſervo ſuo fieri mandavit, dicens: Facias labicem æneum cum baſi ſua ad lavandum. Per DEUM, qui lavit nos à peccatis noſtris in ſanguine ſuo: per DEUM, qui nos per lavacrum regenerationis, & renovationis Spiritus ſancti in filios adoptionis accepit, nè tibi aliquid commune ſit, cum ſpiritibus immundis, ſed ſanctificeris, ut ſis Chriſti fidelium purgatio, & immundorum ſpirituum abdicatio, atque maleficiorum omnium à homine, ſive à dæmone factorum exterminatio, ita ut quicunque ex te corpus ſuum laverit, divinam in te virtutem ſentiat adfuiſ-

ſe. Per eum, qui venturus eſt judicare viv
& mortuos, & ſæculum per ignem. Ame

OREMUS.

OMnipotens ſempiterne DEUS ante c
jus conſpectum tremunt Angeli, & i
fernus ullulat, qui Judith ancillæ tuæ, qu
corpus laverat, & ornaverat, tantam gratia
donare dignatus es, ut fieret Holofernicid
& populum ſuum ab obſidione liberaret, b
ne✝dicere, & ſancti✝ficare dignare hoc a
lutionis genus, ut quis quis ex eo corpus ſuu
laverit, valeat Holofernis infernalis interim
re virtutem, & ab ejus vexatione libera
atque ab omni maleficiorum genere miſe
corditer te præſtante, ſalvari. Per Dominu
noſtrum JESUM Chriſtum filium tuum, q
aquâ in pelvim miſsâ diſcipulorum ſuoru
pedes humiliter lavit, & tecum vivit, & r
gnat in unitate Spiritus ſancti per omnia ſ
cula ſæculorum.

Benedictio Panis, Farinæ &c. pro infirm vel maleficio affectis.

℣. Adjutorium noſtrum &c.

℟. Qui fecit &c.

DOmine JESU Chriſte bene✝dicere dig
ris hunc panem, ſicut benedixiſti qu
que panes in deſerto, ut ſit omnibus ſume
tibus ſalus mentis, & corporis, atque con
morbos, & univerſas inſidias diaboli rem
dium efficax. Bene✝dic igitur Domine

ſa

nĉti✝fica panem hunc dexterâ tuâ ſanĉtâ, ıem & ego Sacerdos tuus in Nomine tuo, in Nomine Sanĉti N. exorciſo, bene✝di- , & ſanĉti✝fico; & ſicut S. Elias Prophe- benedixit farinam in hydria viduæ, & co- edit ex ea in tempore famis, ſic & ego hunc nem in nomine tuo, & in honorem Sanĉti . benedico, & creaturæ tuæ trado, ut ac- piat, comedat ex eo ad eradicandum à rpore ſuo omne maleficium, incantationem, gamen, philtrum, & omne opus diabolicum. ec non ipſosmet dæmones, & maleficos, mnemque febrem, & qualemcunque natura- m ægritudinem, qua premitur.

O Domine JESU Chriſte! qui es panis na- s in Bethlehem, panis vitæ, & æternæ ſa- tis; panis vivus, qui de cælo deſcendit, & at vitam mundo: bene✝dic, & ſanĉti✝fica unc panem, quem & ego per nomen ſan- um tuum bene✝dico, & ſanĉti✝fico, & rtutem tui S. Nominis in ipſum infundens, eſtruo omnia maleficia, & facio ipſum effi- acem contra omnes vexationes diabolicas. ominus igitur tecum ſit, ô panis benedicte! t venena extinquas, noxia comprimas, dæ- onia ejcias, febres repellas, & ſanitatem tribuas cunĉtis piè te ſumentibus. Per Chriſtum &c.

OREMUS.

BEne✝dic, quæſumus Domine, ſancte P[illegible]ter æterne Deus, per amorem filii tu[illegible] in virtute ſpiritus ſancti panem iſtum, bene[illegible]dictione cæleſti, ut quicunqe ex eo comed[illegible]rit in nomine tuo, & dilecti filii tui, atq[illegible] Spiritus Sancti, ab omnibus operibus Sath[illegible]næ ſanetur, & bene✝dictione tua ſancta i[illegible]pleatur. Per eundem &c.

Benedictio vini, aceti pro infirmis, vel mal[illegible]ficio affectis.

EXorcizo te creatura vini, in nomi[illegible] Pa✝tris, & Fi✝lii, & Spiritus ✝ Sanct[illegible]ne ſis communis ulli ſpiritui immundo ad h[illegible]norem S. Mariæ, & ſancti N. ut qui te devo[illegible]biberit, & guſtaverit, omnis ſpiritus immu[illegible]dus ab eo recedat, cum facturis ſuis, itaq[illegible] exorcizo, ✝ & benedico te, cratura vini [illegible] Nomine JESU Chriſti & S. N. ut ſis purgat[illegible] omnium maleficiorum. Dignare ô S. N. h[illegible] vinum bene✝dicere, & ſanctifi✝care, ad [illegible]berandas, & ſanandas creaturas Dei, [illegible] omnibus maleficiis, & dæmoniis. O D[illegible]mine JESU Chriſte, ſicuti convertiſti, [illegible] Cana Galilææ aquam in vinum; ita bene[illegible]dicere, exorcizare, & ſancti✝ficare tua pi[illegible]tate digneris hoc vinum, ut ſit remedium e[illegible]ficax contra omnem poteſtatem omnium in[illegible]micorum noſtrorum, & etiam contra omn[illegible] facturas, quæ factæ ſunt, & factæ erant, [illegible]

nu[illegible]

ullus ſpiritus malus cujuscunque generis poſ-
: latere in hac creatura N. quæ guſtaverit hoc
num benedictum. Peto Domine per tuam
nctam paſſionem & crucem, ut qui biberit ex
oc vino benedicto, mundetur à ſpiritibus im-
iundis, & ab omni maleficio: & omnis vir-
is diaboli exterminetur, & poteſtas tua, Do-
iine in virtute verborum tuorum prævaleat.
) Domine infunde tuam ſanctam bene✠di-
tionem in hoc vinum, ut alligata ſint vulnera
athanæ: & ego bene✠dico hoc vinum, &
nctifico ✠ in nomine Sancto tuo, ut vulpes
nfernales demolientes hanc vineam tuam, po-
entes eam in deſertum, una cum operibus
uis maleficiis & facturis deſtruantur, confrin-
antur, & annihilentur. Succurre ergo Do-
nine, & bene✠dic, & ſancti✠fica hoc vinum,
t ſit vinum gratiæ, ſcientiæ, ſapientiæ, fer-
oris, & amoris ad ſanandas tuas creaturas
x eo guſtantes, bibentes, corpus reficiat, &
orroboret, intellectum clarificet, cor lætifi-
et, dolorem & triſtitiam quamcunque expel-
at, maleficia cuncta deſtruat, & annihilet à
reaturis tuis ex eo bibentibus. Per Chri-
ſtum Dominum noſtrum, Amen.

Bene✠dico hoc vinum & ſancti✠fico, ut
it tanquam vinum, quod Chriſtus dat ſuis
levotis in convivio ſuo ſpirituali: adhuc bo-
ne JESU, dic verbum, & bene✠dic, & ſan-
cti✠fica hoc vinum. Tandem bene✠dico
illud,

illud, & per hoc ſanctum vinum deſtruo omn
maleficia, & fugo dæmones per eum, q
torcular calcavit ſolus, Amen.

Modus benedicendi infirmos maleficio oppre ſſos. Adſit vas aquæ ſolenniter benedictæ, crux & candela ardens in altari, aut ſuper menſam linteo ſtratam, quibus paratis Sacerdos ſuperpel liceo, aut ſaltem ſtolâ violaceâ indutus coram cru ce genuflexus, & infirmo retro illum genuflex dicat ſequentes Litanias.

LITANIÆ

DE OMNIBUS SANCTIS.

Parce Domine, parce famulo tuo, quem redimiſti Chriſte ſanguine tuo: ne in æter num iraſcaris ei.

KYrie Eleiſon. Chriſte Eleiſon.
Kyrie Eleiſon. Chriſte Eleiſon.
Chriſte audi nos. Chriſte exaudi nos.
Pater de Cælis DEUS. Miſerere nobis, *vel* ei.
Fili Redemptor mundi DEUS. Miſerere &c.
Spiritus ſancte DEUS. Miſerere nobis, *vel* ei.
Sancta Trinitas unus DEUS. Miſerere &c.
Sancta MARIA. Ora, *vel* orate pro nobis, eo, *vel* ea.
Sancta DEI genitrix. Ora, *vel* orate pro nobis, eo, *vel* ea.

S. Vir-

Virgo Virginum.
mnes SS. Angeli & Archangeli.
mnes SS. Throni, & Dominationes.
mnes SS. Principatus, & poteſtates.
mnes Sanctæ virtutes Cælorum.
mnes SS. Cherubim & Seraphim.
mnes SS. Patriarchæ, & Prophetæ.
mnes SS. Apoſtoli, & Evangeliſtæ.
mnes SS. Martyrers, & Confeſſores.
mnes SS. Pontifices, & Doctores.
mnes SS. Sacerdotes & Levitæ.
mnes SS. Monachi & Eremitæ.
mnes SS. Virgines & Viduæ.
mnes SS. Conjugatæ, & Pœnitentes.
mnes Sancti & Sanctæ Dei.

Ora, *vel* orate pro nobis, eo, *vel* ea.

ropitius eſto. Parce nobis, *vel* ei Domine.
ropitius eſto. Exaudi nos (*eum vel* eam) Domine.
b omni malo. Libera nos, eum, *vel* eam Domine.
b ira tua. Libera nos, eum, *vel* eam Domine.
morbo malo. Libera nos, eum, *vel* eam Domine.
b inſidiis Diaboli. Libera nos, eum, *vel* eam Domine.
vexatione dæmonum. Libera nos &c.
poteſtate inimicorum. Libera nos &c.
malitia impiorum. Libera nos eum, &c.
veneficio malignantium. Libera nos &c.
b omnibus periculis. Libera nos eum, &c.

A gra-

A gravibus doloribus.
A ſubitanea morte.
Per virtutem divinitatis tuæ.
Per potentiam humanitatis tuæ,
Per ſacra miracula tua.
Per poteſtatem ſuper omnia dæmonia.
Per Majeſtatem gloriæ tuæ.
Per bonitatem pietatis tuæ.
Per multitudinem miſerationum tuarum.
Per tremorem ſacri Nominis tui.
Per efficaciam ſacræ crucis tuæ.
Per amaritudinem diræ mortis tuæ.
Per dolorem vulnerum tuorum.
Per effuſionem ſacri ſanguinis tui.
Per glorioſam reſurrectionem tuam.
Per mirabilem aſcenſionem tuam.
Per merita beatæ Matris tuæ.
Per interceſſionem Sanctorum tuorum.
Peccatores. Te rogamus audi nos.
Ut ei (eis) parcas.
Ut ei indulgeas.
Ut eum vel eam liberes.
Ut eum corpore, & anima ſanare digneris.
Ut eum à doloribus eripere digneris.
Ut eum à poteſtate malignantium liberare digneris.
Ut eum à malitia dæmonum defendere digneris.
Ut eum à nocivis tentationibus præſervare digneris.

Ut eum priſtinæ ſanitati reſtituere digneris
Te rogamus audi nos.
Ut nos exaudire digneris. Te rogamus &c.
Fili DEI. Te rogamus audi nos.
Agnus DEI &c. Parce ei &c.
Agnus DEI &c. Exaudi eum, vel eam &c.
Agnus DEI &c. Libera eum, vel eam &c.
℣. Salvum fac ſervum tuum (ancillam tuam.)
℟. DEUS meus ſperantem in te.
℣. Mitte ei auxilium de ſancto.
℟. Et de Sion tuere eum, vel eam.
℣. Eſto ei Domine turris fortitudinis.
℟. A facie inimici.
℣. Nihil proficiat inimicus in eo, vel ea.
℟. Et filius iniquitatis non apponat nocere ei.
℣. Domine exaudi &c.
℟. Et clamor meus &c.
℣. Dominus vobiscum.
℟. Et cum Spiritu tuo.

OREMUS.

Hæc Oratio dicitur flexis genibus.

CLementiſſime DEUS, qui ſecundùm multitudinem ſapientiæ & miſericordiæ tuæ, nos dilligis, caſtigas, & flagellas omnem filium, quem recipis: te ſuppliciter exoramus, ut huic famulo tuo N. qui membrorum debilitatem, & dolorem patitur, gratiam conferre

ferre digneris ; ut quid quid ab eo huma
fragilitate peccatum eſt, ignoſcere, & qu
quid diabolica pravitate corruptum eſt. Pu
gare, reſtituere, & ſanare digneris : noc
mento omni ac dolore ſublato, cunctisq
malignorum ſpirituum peſtiferis machin
mentis procul depulſis. Per Chriſtum &c

Sequens Oratio ommittitur ſuper infirmum e dicitur tantùm ſuper maleficiatum.

OREMUS.

DOmine Jesu Chriſte, fili Dei vivi, q
dediſti Apoſtolis & fidelibus tuis pot
ſtatem ſuper omnia dæmonia, & ut lanqu
res curarent : te ſuppliciter exoramus, ut p
merita, & interceſſionem Beatiſſimæ Mat
tuæ, omniumque Sanctorum tuorum, qu
nos una cum hoc famulo tuo devotè impl
ramus, eundem ab omni poteſtate Sathan
& miniſtrorum ejus potenter eripere, atq
ab omni ægritudine mentis, & corporis cl
menter liberare digneris.

Ne deſpicias quæſo Redemptor meus m
indigniſſimum Sacerdotem miniſtrum tuu
te humiliter adorantem & devotè invoca
tem : ſed ſicut tradidiſti mihi poteſtatem qu
tidie offerrendi Deo Patri immaculatam h
ſtiam ſacratiſſimi Corporis, & Sanguin
tui, ita nunc tribue mihi poteſtatem cont
nefarium inimicum : & reple impoſitionem m
nuum mearum omni benedictione cæleſt
Qui vivis & regnas &c.

Sacerdos ſurgens, ſuper infirmum dicit.

Lectio Jeremiæ Prophetæ. C. 14.

SI iniquitates noſtræ reſponderint nobis, Domine fac proter nomen tuum; quoiam multæ ſunt averſiones noſtræ. Expetatio Israël Deus, Salvator noſter in tempoe tribulationis. Tu autem in nobis es Doine, & nomen ſanctum tuum invocatum eſt iper nos, ne derelinquas nos Domine Deus oſter.

℟. Deo gratias.

Pſalmus. 53.

DEUS in nomine tuo ſalvum me fac; & in virtute tua libera me.

DEUS exaudi orationem meam, auribus ercipe verba oris mei.

Quoniam alieni inſurrexerunt adverſum me, fortes quæſierunt animam meam, & non ropoſuerunt Deum ante conſpectum ſuum.

Ecce enim Deus adjuvat me: & Dominus iſceptor eſt animæ meæ.

Averte mala inimicis meis, & in veritate ia diſperde illos.

Voluntariè ſacrificabo tibi, & confitebor omini tuo Domine, quoniam bonum eſt.

Quoniam ex omni tribulatione eripuiſti ie: & ſuper inimicos meos deſpexit oculs meus.

Gloria Patri &c.

℣. Dominus vobiſcum.
℟. Et cum ſpiritu tuo.

Sequentia S. Evangellii ſecundùm Lucam

Sacerdos ſignet infirmum in fronte, ore, & pe-ctore: id quod ad omnia Evangelia fieri debet

IN illo tempore: ſurgens JESUS de Sinago-ga introivit in domum Simonis; ſocrus autem Simonis tenebatur magnis febribus & rogaverunt illum pro ea. Et ſtans ſuper il-lam imperavit febri, & dimiſit illam, & con-tinuô ſurgens miniſtravit illis, cum autem ſol occidiſſet, omnes qui habebant, infirmos va-riis lanquoribus ducebant illos ad JESUM & ille ſingulis manus impones curabat eos.

℟. Laus tibi Chriſte.

Det illi librum oſculandum, dicens.

Per Evangelica dicta extinquantur in te omnia diabolica facta. *Aſpergatur tenuiter Aqua be-nedicta.*

Pſalmus 4.

DOmine nè in furore tuo arguas me, ne-que in ira tua corripias me.

Miſerere mei Domine, quoniam infirmus ſum: Sana me Domine, quoniam conturbata ſunt oſſa mea.

Et anima mea turbata eſt valde; ſed tu Domine usque quò.

ConvertereDomine & eripe animam meam ſalvum me fac propter miſericordiam tuam

Qu

Quoniam non eſt in morte, qui memor ſit
ıi : in inferno autem quis confitebitur tibi.
Laboravi in gemitu meo, lavabo per ſin-
ulas noctes lectum meum : lachrymis meis
ratum meum rigabo.
Turbatus eſt à furore oculus meus : inve-
ravi inter omnes inimicos meos.
Diſcedite à me omnes, qui operamini ini-
uitatem : quoniam exaudivit Dominus vo-
em fletus mei.
Exaudivit Dominus deprecationem meam :
ominus orationem meam ſuſcepit.
Erubeſcant & conturbentur vehementer
A Djuro etiam vos ✝ omnes immundos ſpiritus, per eum, qui erat, qui eſt, & qui nturus eſt: qui creavit, & redemit nos ſuo nguine, per crucem, mortem, ſepulturam, reſurrectionem ſuam: qui hic præſens, & ique eſt, qui dixit: ubi fuerint duo vel es in nomine meo congregati, ibi in meo eorum ſum: & per nomen ejusdem Doni noſtri JESU Chriſti, ut hinc recedatis m maleficiis, & facturis veſtris, nunquam dituri. In nomine Pa✝tris, & Fi✝lii, & Spius ✝ Sancti, Amen.

℣. Adjutorium noſtrum &c.

℣. Exurge Chriſte adjuva nos.

℟. Et libera nos propter nomen tuum.

OREMUS.

O Poteſtas immenſa! O Trinitas individua! æterne Spiritus ſancte, te omnes riſticolæ exoramus, ut potentiam, & miicordiam tuam per hanc creaturam tuam porrigas, & ab omni ſpiritu immundo tua tate liberare digneris. Qui vivis & regs in ſæcula ſæculorum, Amen.

Hic Sacerdos revertatur ad benedictionem olei, dicat:

Benedicat te creatura olei ✝ imperialis Ma-

 jeſtas,

jeſtas, protegat te ✠ regalis divinitas; de-
fendat ✠ te immenſa Trinitas; foveat te
✠ glorioſa unitas, dirrigat te ✠ inæſtimabilis
bonitas: regat te ✠ potentia Dei Pa✠tris;
vivificet te ✠ ſapientia Dei Filii; deducat te
virtus Spiritus ✠ ſancti. Alpha, & Omega
Deus Sabaoth ſit iſta invocatio, ut det tibi
ad omne malum pellendum virtutem. Crux
✠ Chriſti ſalvet te; duodecim Apoſtoli te
✠ Cuſtodiant! ſancti Martyrers te ✠ adju-
vent; ſancti Confeſſores te ✠ benedicant;
omnes ſancti Sacerdotes novi, & veteris te-
ſtamenti te exorci✠zent, & ſancti✠ficent.
Sancti Angeli & Archangeli, Throni, & Do-
minationes, Principatus, & Poteſtates, Vir-
tutes cœlorum, Cherubim, & Seraphim te
defendant. Virtuoſus Deus Trinus, & Unus
te ✠ benedicat, & det tibi ad omne malum
& ad omnes facturas, & maleficia virtutem,
ut per te poſſim deſtruere, eradicare, & eve-
lere de animabus & corporibus humanis om-
nia maleficia, omnes & incantiones, ligationes
facturas, & omne opus nefarium diaboli. Per
Dominum noſtrum &c.

*Hic ſequntur benedictiones dicti olei ad biben-
dum, & ad ungendum facturatos.*

Exorciſmus.

℣. Adjutorium noſtrum &c.

℟. Qui fecit &c.

EXorcizo te Creatura olei per DEUM ✝ vivum, per DEUM ✝ verum, per DEUM ✝ ſanctum, ut omnis virtus adverſarii, omnis xercitus diaboli, omniſque incurſio, & mne phantaſma Sathanæ eradicetur à te, ut as omnibus, qui te ſumpſerint medicina ad xpellendas omnes facturas, & fuganda om- ia maleficia Sathanæ, & miniſtrorum ejus, t ipſum inimicum expellere cum omnibus ma- eficiis, incantationibus, ligationibus, ſigna- uris, & facturis valeas in nomine Pa✝tris, mnipotentis, in charitate JESU ✝ Chriſti ✝ omini noſtri, filii ejus, qui vivit & regnat cum piritu ſancto DEUS per omnia ſæcula ſæcu- orum, Amen.

℣. Dominus vobiſcum.

℟. Cum ſpiritu tu tuo.

OREMUS.

CReaturarum DEUS omnium, & Domine Creator, qui per Moyſen famulum tuum ermixtis herbis aromatum, fieri præcepiſti nctificationem unguenti, clementiam tuam ppliciter depoſcimus, ut huic oleo, quod liva te jubente produxit, ſpiritualem gra- iam largiendo, plenitudinem ſancti✝catio- is infundas: ſit Domine fuga dæmonum & mnium maleficiorum, incantationum, liga- onum, facturarum, ac omnium operum Sa- hanæ exterminatio, & præſta nobis ✝ Domine ancte Pater omnipotens, æterne DEUS, ut

quicunque ex hoc oleo biberint, & ſe devotè unxerint, ſit eis perfecta medicina contra omnes diabolicas machinationes, facturas, ligationes, & ſignaturas, ac malignos ſpiritus per Dominum noſtrum JESUM Chriſtum, qui exuit nos à peccatis noſtris in ſanguine ſuo in nomine Pa ✝ tris, & Fi ✝ lii, & Spiritus ✝ ſancti, Amen.

Exorciſmus.

EXorcizo te Creatura olei in nomine Pa ✝ tris, & Fi✝lii, & Spiritus ✝ ſancti: ut per hanc invocationem individuæ Trinitatis, ac unius virtute Deitatis omnis nequiſſima virtus adverſarii, omnis inveterata malitia diaboli, omnis violenta incurſio, omne confuſum, & cæcum phantaſma eradicetur, fugetur, & diſcedat ab hoc oleo: & omnes, qui ex eo biberint, & devote ſe unxerint, fiat ſanitas ſuper eos ab omni maleficio diabolico, ut non poſſit latere ulla malignorum Spirituum nequitia, per eundem Dominum &c.

OREMUS.

DEUS omnipotens ſanctificationum donator, cujus pietas ſine fine ſentitur, DEUS qui cæleſtia, & terrena ſimul moderaris, & complecteris, ſervans miſericordiam tuam populo tuo ambulanti ante conſpectum gloriæ tuæ. Exaudi pie Domine præces ſervorum tuorum, & copioſa tua benedictio deſcendat in hoc oleum in honore nominis tui, &

& victorioſæ ✝ Crucis tuæ, & in honore Sanctorum omnium totius cæleſtis curiæ. Tu O clementiſſime Pater ſancti ✝ fica, & miſerator illuſtra ✝, & proprio ſplendore clarifica ✝, ut omnis, qui devotè biberit, & ſe unxerit, ab omnibus ſpiritibus immundis ac operibus eorum ſanetur, & ſalvetur propter nomen tuum magnum, & manum tuam fortem, & brachium tuum excelſum. Et tu Deus altiſſime libenter protege, & dignanter libera eos ab omnibus ſpiritibus immundis, maleficiis, incantationibus ſignaturis, facturis, & ab omni opere & Sathanæ liberare digneris propter nomen tuum magnum, & admirabile, & liberatos æterna redemptione conſerva, ut ſemper felices, ſemperque in tua gratia lætantes, conſtanter in iſtam Confeſſionem Trinitatis in fide Catholica perſeverent, per Dominum noſtrum &c.

ALIA BENEDICTIO OLEI.

Oleo non ſolemniter, ſed obiter, ut ſe res offerebat, benedicto, feliciſſimè ad ſanitates impetrandas, & exterminanda dæmonia uſos fuiſſe legimus, quam plures, quos legere habemus apud A. R. P. Gervaſium Pizzurni Ord. Minimorum olim Generalem.

In nomine Patris, & Filii, & Spiritus &c.

℣. Adjutorium noſtrum &c.

℟. Qui fecit &c.

℣. Oleum effuſum.

℟. Nomen tuum. ℣. O-

℣. Oſtende nobis miſericordiam tuam.

℟. Et ſalutare tuum da nobis.

℣. Adjuva nos DEUS ſalutaris noſter.

℟. Et propter gloriam nominis tui adjuva nos.

℣. Nihil proficiat inimicus in nobis.

℟. Et filius iniquitatis non apponat nocere nobis.

℣. Fiat miſericordia tua Domine ſuper nos.

℟. Quemadmodum ſperavimus in te.

℣. Domine exaudi &c.

℣. Dominus vobiſcum &c.

Exorciſmus.

EXorcizo te creatura olei per DEUM vivum ✠ per DEUM ✠ verum, per DEUM ✠ ſanctum, per DEUM Trinum & Unum, qui te Reges ſuos inungi mandavit, ut bene✠dicaris adeo, ut extinquatur in te omnis virtus diaboli, & tranſeas in unctionem ſpiritualem ad omnia maleficia deſtruenda, ad omne opus diaboli eradicandum, & ad omne phantaſma cujuscunque adverſarii fugendum, & quicunque ex te unctus fuerit, ſit ignis deſtruens omnia maleficia, ſit terribile adverſus omne opus diaboli propugnaculum, ſit glorioſus omnium phantaſmatum nocentium victor, & ſanitatem perfectam in utroque homine adipiſcatur. Per eum, qui venturus

rus eſt judicare vivos & mortuos, & ſæculum per ignem, Amen.

ORATIO.

MIſereator Domine DEUS omnipotens, qui oleum unctionis ſanctæ ſuper caput Aaron ſervi tui fundi mandaſti; reſpice propitius ad preces humilitatis noſtræ, & in hanc creaturam olei virtutem tuæ gratiæ ✠ benedictionis & ſancti ✠ ficationis infunde, ut ſicut ex olivæ ligno producto in uſum humani generis cadit, ita à te plenitudine tuæ ſanctificationis reſperſo, ſit tormentum diaboli, ſit omnium operum Sathanæ deſtructio, atque omnium maleficiorum, facturarum, & incantationum exterminatio, ut quicunque ex eo unctus fuerit, efficiatur malignis ſpiritibus vas tremendum, virtute Divina repletum, ad evertendas omnes iniquas machinationes, viſibilis, & inviſibilis hoſtis, & ad malas facturas quomodocunque factas deſtructiva propulſatio, ut ſanitatem mentis, & corporis te largiente ſuſcipiat, per te Dominum noſtrum Patrem, Filium, & Spiritum ſanctum, qui vivis & regnas in ſæcula ſæculorum, Amen.

Modus ungendi ægrotos per Sacerdotem. Oret ·rius.

EXaudi nos omnipotens, æterne DEUS, pro famulo tuo (*vel famula tua*) N. quem (*vel quam*) modo in nomine tuo oleo bene-

benedicto ſum perunćturus, & intercedente glorioſa V. MARIA, Petro & Paulo, ac omnibus Sanctis præſta, ut hujus olei benedicti virtutem ſentire valeat, atque ab omnibus mentis & corporis malis, & præſertim in febre quartana, continua tertianis, aliisque morbis maleficis, ligaturis, incantationibus, infeſtatione dæmonum perfecte liberetur. Per Chriſtum &c.

℣. Adjutorium noſtrum &c.

℟. Qui fecit &c.

℣. Adjuva nos DEUS ſalutaris noſter.

℟. Et propter gloriam nominis tui Domine libera nos.

℣. Salvum fac ſervum tuum, vel ancillam tuam N.

℟. DEUS meus ſperantem in te.

℣. Eſto illi Domine turris fortitudinis.

℟. A facie inimici.

℣. Nihil proficiat inimicus in eo, vel ea.

℟. & Filius iniquitatis non apponat nocere ei.

℣. Fiat miſericordia ſuper famulum tuum N. vel famulam tuam.

℟. Quemadmodum ſperavimus in te.

His dictis Sacerdos extremum policem tingat oleo benedicto, & ungat frontem, tempora, oculos, aures, guttur, pectus, cor, & umbilicum (ſi fuerit vir) ſub pedibus, exprimendo policem ſignum ✝ interim dicat:

Per

Per iſtam benedictam unctionem, & ſuam
iiſſimam miſericordiam liberet te N. DEUS
febribus &c. atque ab omnibus malis men-
is, & corporis, ab omnibus incantationibus,
gaturis, maleficiis, ſignaturis, & facturis ti-
i arte diabolica factis, in nomine Pa✝tris &c.
Hæc unctio per iſtud ſanctæ ſignum Crucis
✝, & per oleum ✝ ſanctificatum, & per donum
ncti ✝ Spiritus liberet te à malo, & fiat tibi
d ſanitatem & ſempiternam ſalutem, Amen.

*Dum ungitur infirmus, adſtantes orent, & di-
nt Litanias.*

BENEDICTIO MALEFICATI.

℣. Adjutorium noſtrum &c.
℟. Qui fecit &c.
℣. Dominus vobiſcum.
℟. Et cum ſpiritu tuo.

OREMUS.

BEne✝dicat tibi Dominus, & cuſtodiat te,
oſtendat faciem ſuam tibi, & miſereatur
i, convertat vultum ſuum ad te, & det ti-
pacem. Dominus bene✝dicat tibi N. &
eret te ab omni malo, & ab omnibus in-
iis inimicorum. Dominus JESUS ✝ Chri-
s apud te ſit, ut te defendat: intra te ſit,
te conſervet. Ante te ſit, ut te deducat:
per te ſit, ut, te bne✝dicat, & liberet te
omnibus maleficiis, incantationibus, li-
tionibus, ſignaturis, & facturis. Domi-
s ✝ JESUS Chriſtus te abſolvat ab omni
vingu-

vinculo facturæ, & maleficii per virtutes & potentias ſpirituum malignorum tibi facto, u nocere tibi non poſſit, ſive ſit in aëre, aut i plumbo, aut argento, aut in auro, aut i aliquo filato bombacino, vel ſerico, vel lino, vel in oſſibus hominum mortuorum, ve viventium, vel animalium terreſtrium, ve volatilium, vel aqueorum, & ſi eſt in libro vel in charta etiam virginea, vel in aliquo ligno, vel aliquibus verbis, vel herbis, vel i capillis, vel in lapidibus, vel in plumis, ve in lana, vel in paleis, vel in quibusvis creaturis, & ſi eſt in ſepulchro hæbreorum, paganorum, Hæreticorum, vel Chriſtianorum & ſi eſt in agro, vel in vinea, vel in horto vel pratis, vel nemoribus, aut in montibus vel in ſuperciliis montium, vel in vallibus vel in cavernis, vel in fontibus, vel extra, & ſi eſt ab oriente, vel occidente, vel ſeptemtrione, vel meridie, vel in veſtimentis, ve in cincturis, vel in trivio, aut in domo, ve in domibus, vel in pariete, vel in Thoro, au inſuper, aut deſuper in rebus domus, vel i ſtrato, aut in arbore; aut in fovea, aut i puteo, vel in ciſterna, aut in profunda abiſſo, aut in ſylva, aut in ſpelunca ſolitaria, au in deſerto, vel in diviſionibus marium, ve fluminum, vel in ſtatua, vel in clauſura ferrea, vel lignea, vel in conjunctura membrorum, vel conſumptum per ignem, vel po-

tione

one, vel comeſtione, vel tactu, vel viſu,
el odoratu, vel auditu, vel quocunque lo-
 ſit, quomodocunque, aut qualiter factum
 etiam ad mortem: terminetur, diſſolva-
r, eradicetur, & ſub quibus verbis, & re-
s, quæ omnia nocere tibi non poſſint,
non habeant poteſtatem ſuper te N. nec
die, nec in nocte, neque orando, neque
gilando, neque dormiendo, neque ſedendo,
que ſtando, neque tua naturalia exercendo,
c in via, nec in veteri lege, nec in cella
ra diei, neque noctis, neque habeant po-
ſtatem intrandi domum tuam, nec ulla fi-
ra appareat. Dominus JESUS Chriſtus
vat & liberet te N. ab omnibus malis ten-
tionibus, phantaſmatibus, ab omni vin-
lo maleficii, & ab omnibus periculis ani-
e & corporis. Per nomen DEI, qui eſt
EUS Abraham, DEUS Iſaac, DEUS Ja-
b, Rex magnus, glorificatus, & adoratus,
ificatus in Cœlo & in terra. Apperiat tibi
EUS januam dilectionis ſuæ coram omni-
s ſanctis Angelis ſuis, videlicet Michaële,
briele, Raphaële, Cherubim, & Seraphim,
nibus Angelis, & Archangelis, Thronis,
minationibus, Principatibus, poteſtati-
s, virtutibus Cœlorum, & Beatorum Spi-
um, per ſanctum Joannem Baptiſtam, &
r omnes Patriarchas, atque Prophetas,
 orationes, & merita Apoſtolorum, &

Evangeliſtarum, per orationes omnium San-
ctorum, & Sanctarum, per ſua ſancta nomina
JESUS ✠ Chriſtus te N. liberare dignetur:
Chriſtus ✠ vincit, Chriſtus ✠ regnat, Chri-
ſtus ✠ imperat, Chriſtus ✠ ab omni malo te
defendat. Amen.

Aſpergat aquâ benedictâ.

Alia formula exorcizandi quoſcunque maleficiatos. Exorciſta legat alta voce, flexis genibus Litanias Sanctorum, vel Beatiſſimæ Virginis Mariæ cum Collectis. Concede nos famulos tuos &c. DEUS, qui æternæ &c.

OREMUS.

O MARIA Virgo! quæ contriviſti caput Serpentis, fugatrix dæmonum, maleficiorum diſſipatrix, ne hæc creatura ad imaginem, & ſimilitudinem filii tui creata, ulterius crucietur, ſuccurre, & preces noſtras, quas auribus tuæ pietatis, & miſericordiæ offerrimus, exaudi, ut deſideratam ſanitatem accipere mereatur, propitio JESU Chriſto filio tuo crucifixo regnante in ſæcula ſæculorum. Amen.

Poſtea ſurgens ab oratione aſpergat infirmum aquâ benedictâ, & legat ſequentia ſtans verſus illum. Lectio libri Eccleſiaſtici. 36.

Miſerere noſtri DEUS omnium, & reſpice nos, & oſtende nobis lucem miſerationum tuarum, & immitte timorem tuum ſuper gen-

es, quæ non exquiſierunt te, ut cognoſcant, uia non eſt DEUS, niſi tu, & enarrent manalia tua. Tu autem Domine miſerere obis. ℟. DEO gratias.

℣. Dominus vobiscum.

℟. Et cum ſpiritu tuo.

℣. Initium S. Evangelii ſecundùm Joan.

℟. Gloria tibi Domine.

n principio erat verbum &c. *ut ſuprà fol.*

℟. Laus tibi Chriſte.

Per Evangelica verba tollantur, & deſtruanır in N. omnia diabolica opera. ℟. Amen.

Ex Pſalmis ad conſolationem afflicti.

EXpecta Dominum, & cuſtodi viam ejus, & exaltabit te, ut hæreditate capias teram, cum perierint peccatores, videbis.

Spera in DEO, quoniam adhuc confitebor li ſalutare vultus mei, & DEUS meus.

Expecta Dominum, viriliter age, & conortetur cor tuum & ſuſtine Dominum.

Jacta ſuper Dominum curam tuam, & ipſe enutriet: non dabit in æternum fluctuatioem juſto.

Super aſpidem, & baſiliſcum ambulabis, conculcabis leonem, & draconem.

Quoniam Angelis ſuis mandavit de te, ut iſtodiant te in omnibus viis tuis.

Dominus cuſtodiat te ab omni malo, cuodiat animam tuam Dominus.

Dominus cuſtodiat introitum tuum, & exi-
tum: ex hoc nunc, & usque in ſæculum.

Scuto circumdabit te veritas ejus: non
timebis à timore nocturno.

Ecce non dormitabit, neque dormiet, qui
cuſtodit Israël.

Cuſtodiat Dominus omnia oſſa eorum
unum ex his non conteretur.

OREMUS.

SAna me Domine, & ſanabor; ſalvum me
fac, & ſalvus ero quoniam laus mea tu es.

Non ſis mihi formidini, ſpes mea tu in
die afflictionis.

Confundantur, qui me perſequuntur, &
non confundar ego; paveant illi, & non pa-
veam ego, induc ſuper eos diem afflictionis
& duplici contritione contere eos. Per Do-
minum noſtrum &c. Amen.

OREMUS.

DEUS, qui beato Petro Apoſtolo tuo col-
latis clavibus regni cœleſtis, ligandi
atque ſolvendi Pontificium tradidiſti: Con-
cede, ut interceſſionis ejus auxilio à pecca-
torum nexibus, & diaboli vinculis hic famu-
lus tuus (vel famula tua) liberetur: per eum
qui venturus eſt judicare vivos & mortuos
& ſæculum per ignem. Amen.

Exorciſmus.

ADjuro vos † dæmones infernales, ſpiri-
tus maligni, qui ad inferendum malum

huic

uic creaturæ DEI fabricaſtis, & conſervaſtis
naleficium in ea, per DEUM Patrem † omni-
otentem, & filium † ejus, unicum Dominum
oſtrum JESUM Chriſtum, & per Spiritum
nctum † Paraclytum ab utroque proceden-
em, vobis præcipio, ut omnibus incantatio-
ibus, ſignaturis, ligaturis, ſtatim ſublatis ab
ac creatura DEI, & ab omnibus rebus ejus
ecedatis, atque liberam ab omni maleficio,
icantatione, & ligatura relinquatis, per ſan-
iſſimum, tremendum, honorandum, & glo-
ificandum nomen JESU, & per virtutem ejus
ui eſt Alpha, & Omega, principium, & fi-
s, qui ambulat ſuper pennas ventorum, qui
mnia ex nihilo ſua omnipotente virtute
eavit, per quem omnes Sancti, & Electi
EI beatificantur, ante ejus faciem ignis præ-
edit, & inflammabit vos inimicos ſuos. Ad-
ro vos † maligni dæmones, inimici Trium-
atoris JESU Chriſti Nazareni, ut ceſſetis
nc creaturam DEI N. lædere, & veſtris ma-
ficiis vexare, per potentiam illius, qui vos
belles à conſortio Sanctorum Angelorum
clusos ad ſedes Tartareas damnavit igne,
ſulphure cruciandos, ut protinus deſtrua-
, & ad nihilum redigatis omnia maleficia,
cantationes; ligaturas, & omnes veſtras
xias pactiones, quibus hanc DEI creatu-
n infeſtare, & affligere præſumſiſtis, eam-
e liberam, & ſanam, & ſine ulla læſione

 ani-

animæ, & corporis inpoſterum permittatis, ut mente & corpore pariter expedita liberam ſervitutem ſuo exhibeat creatori, qui vivit & regnat &c. Amen.

Aſpergat aqua benedicta infirmum

De Sacris Amuletis.

Inter alia amuleta ſacra extollitur à Mengo breve ex auro, thure, & myrrha, adverſus incubos, & ſuccubos, & contra inſultus maleficiorum, quorum benedictio conſuevit fieri in feſto Epiphaniæ, extracta è Sacerdotali.

Habeas aurum, thus, & myrrham præparata, & illa benedic ſequenti benedictione.

℣. Adjutorium noſtrum &c.

℟. Qui fecit &c.

℣. Dominus vobiſcum.

℟. Et cum ſpiritu tuo.

Pſalmus. 53.

DEUS in nomine tuo ſalvum me fac: & in virtute tua judica me.

DEUS exaudi orationem meam: auribus percipe verba oris mei.

Quoniam alieni inſurrexerunt adverſum me, & fortes quæſierunt animam meam; & non propoſuerunt DEUM ante conſpectum ſuum.

Ecce enim DEUS adjuvat me, & Dominus ſuſceptor eſt animæ meæ.

Averte mala inimicis meis: & in virtute tua diſperde illos. Vo-

Voluntarie ſacrificabo tibi : & confitebor
omini tuo Domine, quoniam bonum eſt.
Quoniam ex omni tribulatione eripuiſti
ne; & ſuper inimicos meos deſpexit oculus
neus.

Pſalmus. 71.

DEUS judicium tuum Regi da: & juſtitiam tuam filio Regis.
Judicare populum tuum in juſtitia, & pau-
eres tuos in judicio.
Suſcipiant montes pacem populo, & col-
es juſtitiam.
Judicabit pauperes populi, & ſalvos faciet
lios pauperum: & humiliabit columinato-
em.
Et permanebit cum ſole, & ante lunam in
eneratione, & generationem.
Deſcendet ſicut pluvia in vellus; & ſicut
illicida ſtillantia ſuper terram.
Orietur in diebus ejus juſtitia, & abundan-
ia pacis : donec auferatur luna.
Et dominabitur à mari usque ad mare, &
flumine usque ad terminos orbis terrarum.
Coram illo procident Æthiopes; & ini-
nici ejus terram ligent.
Reges Tharſis, & inſulæ munera offerent;
eges Arabum & Saba dona adducent.
Et adorabunt eum omnes Reges terræ :
mnes gentes ſervient ei.

Quia liberabit pauperem à potente; & pauperem, cui non erat adjutor.

Parcet pauperi, & inopi: & animas pauperum ſalvas faciet:

Ex uſuris, & iniquitate redimet animas eorum, & honorabile nomen eorum coram illo.

Et vivet, & dabitur ei de auro Arabiæ, & adorabunt de ipſo ſemper: tota die benedicent ei:

Et erit firmamentum in terra: in ſummis montium ſuperextolletur ſuper libanum fructus ejus: & florebunt de civitate ſicut fœnum terræ.

Sit nomen ejus benedictum in ſæcula: ante ſolem permanet nomen ejus.

Et benedicentur in ipſo omnes tribus terræ: omnes gentes magnificabunt eum.

Benedictus Dominus DEUS Israël, qui facit mirabilia ſolus.

Et benedictum nomen majeſtatis ejus in æternum, & replebitur majeſtate ejus omnis terra, fiat, fiat.

Pſalmus. 56.

DEUS miſereatur noſtri, & benedicat nobis, illuminet vultum ſuum ſuper nos, & miſereatur noſtri.

Ut cognoſcamus in terra viam tuam, in omnibus gentibus ſalutare tuum.

Confiteantur tibi populi DEUS: Confiteantur tibi populi omnes.

Læten-

Latentur & exultent gentes, quoniam ju-
icas populos in æquitate, & gentes in ter-
 dirigis.
Confiteantur tibi populi DEUS: confite-
ıtur tibi populi omes: terra dedit fructum
um.
Benedicat nos DEUS, DEUS noſter, be-
edicat nos DEUS; & metuant eum omnes
ıes terræ.
ntiphona. Apertis Theſauris ſuis obtulerunt
Magi Domino Aurum, Thus, & Myrham.
Kyrie eleiſon. Chriſte eleiſon. Kyrie
Eleiſon. Pater noſter &c.
. Et ne nos inducas &c.
. Sed libera nos &c.
. Oſtende nobis Domine miſericordiam
tuam.
. Et ſalutare tuum da nobis.
. Domine exaudi &c.
. Et clamor meus &c.
. Dominus vobiſcum.
Et cum ſpiritu tuo.

ORATIO.

OMnipotens ſempiterne DEUS, te humi-
liter deprecamur, ut ſicut has creatu-
s Auri, Thuris, & Mirrhæ à tribus Regi-
is tibi tanquam humano Regi, & DEO ve-
, & homini vero, oblatas recepiſti: ita
ne † dicere, conſe†crare, & ſancti † ficare
gneris, & eis tuæ donum benedictionis in-
ndere; ut quicunque eas guſtaverit, ab

omni periculo animæ & corporis ſalvus ſemper exiſtat. Qui cum Patre, & Spiritu ſancto vivis & regnas &c. Amen.

ORATIO.

DOmine JESU Chriſte, qui nobis Sacerdotibus, non noſtris meritis, ſed ſola dignatione clementiæ tuæ præ cæteris gratiam contuliſti, ut quidquid à nobis in tuo nomine dignè, ac perfectè agitur, à te fieri credatur.

Adeſto quæſumus noſtræ officio ſervitutis, & bene†dicere, ac ſancti†ficare digneris has creaturas tuas Auri, Thuris, & Myrrhæ, quas nos in nomine ſancto gloriæ tuæ benedicere confidimus. Qui vivis & regnas in unitate Spiritus ſancti DEUS per omnia ſæcula ſæculorum. Amen.

ORATIO.

BEnedic itaque † Domine JESU Chriſte in titulum omnipotentiæ tuæ, & ſpem ſalutis fidelium utentium hac creatura Auri, Thuris, & Myrrhæ, ut ſicut beatos tres magos Caſpar, Balthaſar, & Melchior tibi eas offerentes ad myſteria tua cognoſcenda illuminare, & ad te devotè adorandum, accendere atque ab inſidiis, & periculis cuſtodire dignatus es, ità fideles tuos in tua miſericordia ſperantes, qui eisdem creaturis tuis Auro, Thure, & Myrrha in tuo nomine uſi fuerint, lumine tuo illuſtrare, amore tuo inflammare, & à cunctis adverſitatibus, ab omnibus

ibusque inſidiis, & nocumentis diabolicis
præſervare digneris. Qui cum Patre &c.

Et aſpergatur aquâ benedictâ.

Hac benedictione completa, ſi quis vexetur à dæmone incubo, vel ſuccubo, accipiat iſta tria una cum ruta benedicta ſequenti benedictione, & faciat ſibi Breve, & ad collum portet cum DEI timore, & reverentia.

Benedictio Rutæ.

℣. Adjutorium noſtrum &c.
℟. Qui fecit &c.
℣. Dominus vobiſcum.
℟. Et cum ſpiritu tuo.

ORATIO.

BEnedic † Domine JESU Chriſte, hanc rutam, & infunde ei per tuam virtutem, tuam ſanctam † benedictionem cœleſtem, ut quicunque ex ea ſuffumigatus fuerit, vel ſupra ſe eam habuerit, vel portaverit, vel guſtaverit, vel odoraverit, nullus inimicus ei nocere poſſit, & in quibuscunque locis aſperſa fuerit, vel poſita, recedat & contremiſcat diabolus, & fugiat pavore, & non præſumat amplius inquietare, vel illudere creaturas tuas; inde ſupplico Domine, ut mittas Angelum tuum Raphaëlem, qui evulſit, & expulit à Sara, & à Tobia dæmonem mortiferum, & fætentem, ut illum conterat & perdat de cunctis animalibus colentium DEUM, de ſcamnis, de angulis,

gulis, de lectis, de omnibus locis, in quibus habitet, requieſcat, vigilet, & conſiſtat, nec valeat amplius inquietare, vel pavores imittere in illos, quos ſancta unctio munivit: bene†dicaris igitur ruta in nomine Domini noſtri JESU Chriſti, & Sanctæ Trinitatis, ut ſis exterminatio diaboli, & omnium Contubernalium ejus. Per eum, qui venturus eſt judicare vivos & mortuos, & ſæculum per ignem. Amen.

Benedictio Chartæ.

Conjuratio.

CONjuro te Charta per verba illa tituli triumphalis Salvatoris Domini noſtri JESU Chriſti, & per omnia alia verba, quæ dicuntur de creatore omnium creaturarum: & per illum, qui poteſt tribuere, & facere, quod tantam obtineas virtutem, ut omnia, quæ ſuper te ſcribentur, ad effectum ſalutis æternæ perducere valeas, & ut omnis fallacia, & virtus diaboli exeat de te, & intret in te omnis virtus prædicta ſine mora. In nomine Patris † & Filii †, & Spiritus ſancti †, Amen.

Aſpergatur aquâ benedictâ.

Deinde ſcribe hæc verba in modum Crucis ſuper eam.

I
N † R
I

I QUI VERBUM CARO FACTUM
N✝R EST, & habitavit in nobis, naſcens
ex MARIA Virgine per ineffabilem
I pietatem, & miſericordiam ſuam piiſ-
mam, & per interceſſionem ejusdem B. MA-
IÆ Virginis, & Angelorum, Sanctorum-
ue omnium, & maximè Apoſtolorum, &
vangeliſtarum ſuorum Joannis, & Matthæi,
Iarci & Lucæ ipſum quæſo, ut dignetur me
berare, & conſervare ab omni infeſtatione
athanæ, & miniſtrorum ejus. Qui cum Pa-
e &c.

Deinde Y ſalem exorciſatum, & benedictum, ram Cerei Paſchalis, vel aliam benedictam, & tam benedictam: & omnia ſimul pone in char- ſupra dicta: & in modum Brevis ſuſpende om- ia ad collum patientis, vel in loco vexato.

Ad cognoſcendum autem, num aliquis vexe- r à ſpiritibus immundis, ſcribe hæc nomina ncta DEI in charta, ut ſupra, & pone illam ſu- a patientem ipſo neſciente.

In nomine Patris ✝, & Filii ✝, & Spiritus
ancti, Amen.

Aël ✝ Heloym ✝ Soter ✝ Emanuel ✝ Sa-
oth ✝ Agla ✝ Tetragrammaton ✝ Hagios
Hatheos ✝ Iſchyros ✝ Athanatos ✝ Jeho-
✝ Ya ✝ Adonay ✝ Saday ✝ Homouſion
Meſſias ✝ Eſerehye ✝ Increatus Pater ✝ In-
eatus Filius ✝ increatus Spiritus ſanctus ✝.
ESUS Chriſtus vicit ✝ Chriſtus ✝ regnat,
Chri-

Chriſtus ✝ imperat ✝ ſi diabolus ligavit vel tentavit te N. ſuo effectu, vel per ſua opera, Chriſtus filius DEI vivi per ſuam miſericordiam liberet te ab omnibus ſpiritibus immundis, qui venit de cælo, & incarnatus eſt in utero B. V. MARIÆ cauſa humanæ ſalutis, & ejiciendi diabolum, & omnem maglignum ſpiritum à te in profundum inferni, & abyſſi. Ecce Crucem ✝ Domini fugite partes adverſæ, vicit leo de tribu Juda, radix David. Horum nominum DEI expoſitio exſtat apud S. Hieronymum Tom. 3. Epiſt. ad Marcellam, & ſunt prima decem.

Vel ℣ Auri, Thuris, Mirrhæ benedic. Parum hyperici, rutæ, ſalis, radicis iringi, gentianæ, valerianæ, manus Chriſti, morſus diaboli, herbæ paris benedic. Ad arbitrium argenti vivi incorporati in plumbo liquefacto prius ℥. 1. pulveriſanda pulveriſentur, & cum cereis benedictis intinctis modico oleo benedicto, & gummi dragag. diſſol. in aqua luſtrali formentur ſchverulæ effigiatæ ſigillo S. Patroni patientis, & portentur collo appenſæ; quibus admiſceri poteſt aliqua particula agni benedicti, ſeu conſecrati à ſummis Pontificibus, de quo S. Matthæus in 7. decretalium, Delrius, Thitæus, & liber extat Vincentii Bonradi.

Exor

Exorciſmus alius, ſi quis infeſtetur à dæmone.

ADjuro vos iterum dæmones per DEUM omnipotentem, qui diviſit lucem à tene-oris, ſtabiliens cœlos, & eis menſuram ponens, it ſine mora amoveatis ab hac creatura DEI omnia nocumenta veſtra, & ipſam ſine læſio-ne relinquatis. Adjuro vos per magnum no-nen Domini JESU Chriſti, filii ejus, nè am-plius appropinquetis huic creaturæ, ad ei in-ferenda, vel in ea conſervanda aliqua male-icia, vel à vexatione veſtra libera relinqua-is omnia, quæ ad illam pertinent. Adjuro os ✝ in virtute Spiritûs ſancti Peraclyti, ut i quid in ſignum poſitum eſt ad hujus crea-uræ afflictionem, illud ſtatim amoveatis, & illam uſurperis audaciam obſequendi malefi-ciis hominum ad nocendum huic creaturæ, & omnia, quæ poſuiſtis, ad lædendum valetu-dini ejus ſtatim tollatis, & removeatis ſine illa læſione animæ, & corporis ejus, & illa oortetis ad loca arida, & ſterilia & inhabi-abilia. Et ſicut per beatos Apoſtolos DEI Petrum & Paulum diſſolutæ ſunt, & ad nihilum edactæ fuerunt incantationes factæ per Si-nonem magum, ita authoritate DEI omni-ootentis diſſolvantur omnes ſortileges artes, præſtigia, & incantationes factæ, inventæ, & fabricatæ, ad lædendum, & nocendum nuic creaturæ. Similiter adjuro vos ✝ per nomen Domini noſtri JESU Chriſti, qui de-

ſcen-

ſcendens ad inferos devictâ potentiâ inferni, animas Sanctorum Patrum inde extractas, ſecum ad cœlos triumphantes invexit, ut remoto omni dolo, & obſtinatione deſtruatis, & tollatis omnem malignam faſcinationem ab hac creatura DEI, omniaque nociva ejus corpori ingeſta educatis per illam viam, quæ ſit magis libera & expedita absque læſione corporis & ſanitatis ejus; in virtute ejusdem Domini noſtri JESU Chriſti, qui venturus eſt judicare vivos & mortuos, & ſæculum per ignem, Amen.

Idem poteris explorare, ſi particulam ceræ, ſeu maſſæ S. Patris Franciſci de Paula, vel Marianæ, vel aliam in igne reſolvas in ſublimem liquorem, & eundem permiſceas juſculo, vel alio cibo, & des comedendum patienti: ſi ſubito infremat, vel alia ſigna convulſionum edat, certum eſt, ipſum eſſe poſſeſſum.

Benedictio veſtimentorum.

Adjutorium noſtrum in nomine &c.
Dominus vobiscum &c.

Oremus.

Omnipotens æterne Deus, qui inter cætera mirabilia creaturas tuas diverſis ornamentis decoraſti: & tunicas pelliceas Adæ & Evæ feciſti, nósque veſte miſericordiæ in hoc ſæculo, & in regnum tuum pervenientes ſtolâ gloriæ circumdas; quæſumus, ut hoc induſium, ſeu hæc indumenta, pro tui nominis amore, purificare ✠, mundare ✠ & benedicere ✠ digneris, ut qui vel quæcunque ea induerit & portaverit, cæleſtis gratiæ plenitudinẽ in eis, & munimen tuæ benedictionis percipere, atque ab omnibus inimicorum maleficiis, incantationibus, ligaturis, ſignaturis, facturis & inſidiis defenſus vel defenſa, incolumis te in ſæ-

cula glorificare poſſit. per Chriſtum Dominum noſtrum. Amen.

Aſpergantur aqua benedicta.

Benedictio thalami.

Adjutorium noſtrum in nomine &c.
Dominus vobiscum, & cum ſpiritu&c.

Oremus.

Benedic ✝ Domine hunc thalamum ut omnes in eo cubantes vel ſedentes, in tua pace conſiſtant & ſeneſcant, & multiplicentur in longitudinem dierum cum incolumitate mentis & corporis, & ad regna cœlorum perveniant. per Chriſtum Dominum noſtrum. Amen.

Creator & Conſervator humani generis, Dator gratiæ ſpiritualis, Elargitor æternæ ſalutis, tu Domine emitte benedictionem tuam ſuper hunc thalamum & lectum, ut qui vel quæcunque in eo requieſcet, in virtute cæleſtis defenſionis ad vitam æternam proficiat,

à ſuis doloribus & languoribus, omnibusque inſidiis & machinationibus diaboli ac miniſtrorum ejus liberetur, ac præſervetur per Chriſtum Dominum noſtrum, Amen. Aſperge aquâ benedictâ

Benedictio iconum.

Adjutorium &c. Dominus vobiscum. Oremus. Omnipotens ſempiterne Deus Majeſtatem tuam ſuppliciter exoramus iconem hanc ſeu imaginem N. N. be✝dicere & ſancti✝ficare digneris: an quam qui vel quæcunque ob devotionem ſe devotè inclinaverint, ſalutem mentis & corporis conſequantur, & à cunctis periculis liberentur, & quidquid juſte petierint, obtinere mereantur. per &c.

Omnipotens æterne Deus, qui ſanctas effigies ſculpi aut pingi non repudias, ut quoties illas oculis corporis intuemur, to pietatem ad imitandum oculis memoriæ meditemur, hanc, quæſumus imaginem in

memoriam & honorem N. adaptatam benedicere ✝ & ſanctificare ✝ digneris: & præſta, ut qui vel quæcunque coram illa te vel N. ſuppliciter honorare ſtuduerit, illius precibus & obtentu à te gratiam in præſenti, ac æternam gloriam obtineat in futuro per

Aſperge aquâ benedictâ in modũ ✝.

Benedictio B. Salvatoris ab Horta Franciſcani contra febres.

Potentia Dei Patris ✝. Sapientia Deii Filii ✝. Virtus Spiritus Sancti ✝. liberet te ab omni febre tertiana, quartana, & continua, beato Salvatore orante pro te famula ſua (vel famulo ſuo) ✝

Dominus Jeſus Chriſtus, qui pertranſiit benefaciendo & ſanando omnes, quique febricitantem ſocrum Simonis Petri potente ſanavit imperio, benedicat ✝ te atque liberet ab infirmitate tua, & ab omni malo ſemper defendat.

Chriſtus nobiscũ, fuge putrida, quercera febris.

Benedictio cujuslibet rei.

Adjutoriū &c. Domine exaudi &c. Dominus vobiscum.

Oremus. Benedic ✝ Domine creaturam iſtam N. ut ſit remedium ſalutare famulis tuis, quos pretioſo ſanguine redemiſti, & præſta per invocationem tui ſancti nominis, & Beati N. Servi tui, ut quisquis ea uſus fuerit, benedictionem recipiat & ſanitatem, atque contra omnes morbos & univerſas diaboli ac inimicorum inſidias tutamen ſit. Ego N. Sacerdos tuus bene ✝ dico, & ſancti ✝ fico creaturam iſtam N. ut ſit defenſio creaturis tuis & ignis ardens

dæmoniorum. ſit deſtructio & expulſio atque annihilatio omnium maleficiorum ac diabolorum. Deſcendat Bene✝dictio tua, & liberet ſeu præſervet utentes ab omni ligatura, ſignatura, præſtigio, incantatione, illuſione, tentatione, timore, & puſillanimitate, ab omni diſcordia & animi perturbatione, & finaliter ab omnibus periculis animæ & corporis. integritatem dilectionis accipiant una cum conſolatione ſpei, & roboratione fidei. Te donante percipiant mentis ſanitatem, in hora mortis virtutem perſeverantiæ & viſitationem Paradiſi tui in nomine Patris &c.

Aſpergatur aqua benedicta.


B. SALVATORIS ab HORTA
Fieber Seegen
Die Allmacht GOtt des Vatters + die Weiſ-
heit GOtt des Sohns + die Krafft des H. Geiſts
+ erlöſe mich von allen drey-tägigen, vier-
tägigen, u. beſtändigen Fieber, durch die Ver-
dienſt u. Fürbitt der unbefleckten Empfäng-
nus Maria, u. des ſeeligen Salvatoris ſeines
Dieners, der Herr ſeegne mich vor kranckheit
u. vor allen übel bewahre er mich allzeit, A.
Klauber Sc. A.V.

RESPONSORIUM.

Von Fieber und Kranckheit, von Schmertzen und Peyn,
Wer immer erlöſet; befreyet will ſeyn;
Mit wahren Vertrauen Salvator ruff an
Gantz g'wiß, und gantz ſicher bald helffen er kan.
So dann! mein Erlöſer Salvator auch ſey,
Von Fieber, und Kranckheit mich allzeit befrey;
Durch deine Verdienſten, und Fürbitt bey Gott
Erlöſe mich endlich von ewigen Todt.
Erlöſet: befreyet viel tauſend er hat,
Geholffen in Nöthen mit Rath und mit That;
Wie ſolches bezeugen mit Schrifften und Zung,
Die Reiche und Arme, die Alte und Jung,
So dann! mein Erlöſer Salvator auch ſey, ꝛc.
Dem Vatter, dem Sohn, und dem H. Geiſt,
Lob, Ehr, und Danck ſey jetzt, und allzeit erweiſt;
Als welche Salvator die Gnaden gethan,
Daß allzeit er gholffen, und helffen noch kan.
So dann! mein Erlöſer Salvator auch ſey, ꝛc.

V. Bitt für uns O ſeeliger Salvator!

R. Auf das wir von aller Kranckheit des Leibs und der Seel befreyet werden.

Gebett.

Ich bitte dich, O unendlich-gütig und allzeit barmhertzigſter Gott! daß ich durch die Verdienſten und Fürbitt deines dir ſo lieben und getreuen Dieners Salvators von dieſem meinem gegenwärtigen Gepreſten und Kranckheit, inſonderheit von dieſen ſo ſehr beſchwerlichen Fieber möge erlöſet, und von denen zukünfftigen allzeit befreyt erhalten werden.

Durch Jeſum Chriſtum unſern Herrn.
Amen.

Jeſus Nazarenus Rex Judæorū.
Chriſtus vincit, Chriſtus imperat,
Chriſtus regnat, Chriſtus triūphat
Chriſtus arcet omne malum.
Chriſtus vivit in nobis, (aboli.
Chriſtus venit deſtruere opera di-
Chriſtus nobiscum, ſtate omnes
probi, ſed maturate fugam omnes
improbi ſpiritus, eorumque aſſeclæ.

Benedictio animaliū.

DOmine ſancte Pater, omnipotens æterne Deus, defende quæſumus iſta animalia a rapacibus beſtiis, & latronibus, a ſcabie, morbo, peſte & contagione, à malitia & invidia pravorum hominum; à veneficis, ſagis & ſtrigis, ab incantationibus & im̄undis ſpiritibus ac demum ab omnibus malis, quæ iis naturaliter vel præternaturaliter accidere poſſunt. per Chriſt.

ADoro, laudo, amo te O beata Trinitas! & ago tibi gratias, quia ſanctos Angelos tuos ad noſtram cuſtodiam mittere dignaris, largire ſupplicibus tuis eorum ſemper protectione defendi ac æterna ſocietate gaudere.

Auxilium tuum nobis Domine placatus impende, & intercedentibus Sanctis Latrone, Laurentio, Ubaldo, & Ignatio de Lojola dexteram ſuper nos tuæ propitiationis contra omnes diaboli & mundi inſidias clementer extende.

Sub tuum præſidium confugimus ſancta Dei Genitrix, noſtras deprecationes ne deſpicias in neceſſitatibus noſtris, ſed à periculis cunctis libera nos ſemper Virgo glorioſa, & benedicta Domina noſtra, Mediatrix noſtra, Advocata noſtra! tuo Filio nos com̃enda,

tuo Filio nos concilia, tuo Filio nos repræſenta. In omni anguſtia & tribulatione noſtra ſuccurre nobis piiſſima Chriſti Mater Virgo Maria!

Famulorum tuorum quæſumus, Domine delictis ignoſce, ut qui Tibi placere de actibus noſtris non valemus, Genitricis Filii tui Domini noſtri interceſſione ſalvemur per eundẽ Chriſtum Dominum noſtrum.

Ora pro nobis beatiſſime Joſeph! ut digni efficiamur promiſſionibus Chriſti. Sanctiſſimæ Matris tuæ Sponſi & parentum Joachim & Annæ precamur te Domine! meritis adjuvemur; & quod poſſibilitas noſtra non obtinet, beatorum Sebaſtiani, Altonis & Antonii de Padua nobis interventione donetur. Qui vivis & regnas in ſæc. ſæcl.

Princeps glorioſiſſime, S. Michaël

Archangele! cui tradidit Deus animas Sanctorum perducturo eas in paradiſum exultationis, eſto memor noſtri ſemper, hic & ubique pro nobis precare Filium DEI.

Pater noſter, qui es &c.

LIbera nos quæſumus Domine! ab omnibus malis præſentibus, præteritis & futuris, & intercedente beata & glorioſa ſemper Virgine Maria, cum beatis Apoſtolis Petro & Paulo, Andrea & Bartholomæo atque omnibus Sanctis, da propitius pacem in diebus noſtris, ut ope miſericordiæ tuæ adjuti & ab immundo ſpiritu ſimus ſemper liberi, & ab omni perturbatione ſecuri, per Dominum noſtrum &c. Ex quo, per quem, & in quo eſt tibi omnis honor & gloria.

Agnus DEI, qui tollis peccata mundi, dona nobis pacem.

Domine J. C. fili Dei vivi & B.V.M. adoro
te in ligno pendentem & coronam ſpine-
am in capite portantem. obſecro, atque
obteſtor te, libera & præſerva me ac iſ-
tas creaturas ab angelo percutiente.
Sancta Maria, ſine labe concepta,
ſemper virgo, tu nos ab hoſte protege,
& ora pro nobis Patrem, cujus filiū
peperiſti, ut veniret ac deſtrueret o-
pera diaboli & miniſtrorum ejus
Chriſtus nobiscum, ſtate probi, &
maturate fugam omnes improbi ſpi-
ritus. Chriſtus vincit, Chriſtus reg-
nat, Chriſtus imperat, Chriſtus in
pace nos ab omni malo defendat.
Viſita, quæſumus Domine, creaturam
iſtam & omnes inſidias inimici ab ea
longe repelle. Angeli tui ſancti verſen-
tur apud eam, qui nos in pace cuſtodi-
ant: & benedictio tua ſit ſuper nos ſemp.